


VINCENTII MANCINI TYBVRTINI,

Ciuisq; Romani

DE CONFESSIONE Tractatus.





ROMÆ.

Ex Typographia Stephani Paulini MDCIV.

Superiorum Permissu.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D. SVO COLENDISS.

FLAMINIO PLATO

CARDINALI AMPLIS.

VINCENTIVS MANCINVS FOELICITATEM.



VLLA, vt opinor, Illustrissime Domine præstantior materia reperitur quã confessioonis, siue illa Sacramentalis, & diuina siue ipsa prophana, vel extraiudicialis, vel iudicialis proponatur. Siquidem si de Diuina tractetur, quid ea diuinius, altius, aut vtilius humano generi excogitari valet, qua media his qui contritus humiliter Sacerdoti scelera propria confitetur, diuinam pietatem ita prouocat, & fere obstringit, vt dixerit Propheta: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Si de prophana, aut iudiciali, aut extraiudiciali discutiatur, eius sunt permulti, & præclarissimi effectus in præsenti opere specialiter recensendi: Et tacitis modo reliquis, haud exiguus est ille effectus, vt sponte delictum confessus, etiam ex iuris communis di-

spositione mitius puniatur; vt taceamus statuta Ciuitatum, & vbiq; ferè vigentia, quæ sponte fatentibus, delictorum pœnas diminuunt: Omißa igitur tractatione Diuinæ illius, ac Sacramentalis Confessionis, de qua egregiè simul, & doctissimè tot grauissimi patres Theologi pertractarunt: visum est in præsenti opere ipsius Confessionis, & iudicialis, & extraiudicialis materiam elucidare. Quæ prout mihi perdifficilis, & laboriosissima fuit, ita (vt spero) Lectori vtilis erit, & iucunda. Tractatumq; ipsum ob meam ergà Illustrissimam Dominationem suam obseruantiam nomini tuo dedicare, Dignabitur illa munus ipsum quamuis exiguum non aspernari. Quam Deus ipse Optimus Maximus diu incolumem seruare dignetur.


VIN-

VINCENTIVS MANCINVS
BENIGNO LECTORI F.



V A M frequens ſit materia Confeſſionis, non minus in extraiudicialibus, quam forenſibus, ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus cauſis vtiliſque, ac pulcherrimis referta quęſtionibus neminem latet. Etquamuis à maioribus noſtris tam in Lecturis, quã in Cõſilijs, Deciſionibus, & Tractatibus, latè in quampluribus diſcuſſa, & iuxta occaſiones egregiè tractata ſit. Neminem tamen animaduerti, qui ex profeſſo eius ampliſſimæ materiæ particularem, vberemque tractatum ediderit, in quo totam eius materiam bene ordinatam, proprijſque locatam ſedibus exornauerit. Viſum eſt igitur candide Lector hoc onus, quamuis humeris meis impar aſſumere, & iuxta virium exiguitatem huiuſmodi tractatũ non ſine magnis laboribus, & vigilijs elaboratum ad publicam commoditatem compilare: In quo ſi quid boni dictum erit gratiæ agendæ ſunt Deo Optimo Maximo, à quo bona cuncta procedunt, ſi in aliquo peccatum noſtræ imbecillitati tribuendum erit. Et bene vale,

CÆSAR OCTAVIVS MANCINVS V.I.D.
AVTHORIS FILIVS, AD LECTOREM.



RAVIS equidem, & Authore digna videtur ea ſententia Plinij Iunioris, quà beatos cenſet eos viros, quibus Dei munere, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legẽda indultum eſt. Et nihilominus vſu comperimus permultos, & ferè omnes, qui & grauiſsimè, & doctiſsimè cum maxima laude ſcripſerunt non omnibus ſatisfacere potuiſſe. Imò non defuiſſe Zoilos, qui eos carperent, & morderent, vbi ceſſante liuore honorare, & magnis efferre laudibus conueniebat. Nam & Plato ille, Diuinitatis titulo decoratus in ſuis Dialogis viſus eſt aliquibus parum ordinatè ſcripſiſſe: Ariſtoteles & ipſe Peripateticæ doctrinæ facilè Princeps, viſus eſt nonnullis obſcuritatis vitio laboraſſe. Magnumque illum Homerum refert Horatius aliquando dormitaſſe. Ipſumque Virgilium Poetarum maximum à nonnullis imbecillis ingenij taxatum. Et

Demo-

Demosthenes, Marco Tullio, nec in omnibus satisfecit. Ipseque Marcus Tullius eloquentiæ pater à Græcis non modicè laceratus. Et tacitis alijs humanarum literarum grauissimis, non minus quam laudatissimis Authoribus, nec Sacrarum scripturarum expositores, & sanctitate vitæ, & doctrina præclaros Zoilorum aculeis exemptos videmus. Abundat siquidem vnusquisque in sensu suo; Et quod alteri vno modo explanare visum est, in alium sensum alteri libuit explicare. Vt prætermissis permultis alijs id cernimus in beatissimis, doctissimisque patribus, Augustino, & Hieronymo; qui in eorum ad se ipsos directis Epistolis, quæ habentur in Epistolis Diui Hieronymi in non paucis non modicè discordarunt. At forsan dices Candide Lector id in iuris professoribus, ob ipsius iustitiæ nitorem non euenire. Totum autem oppositum apparet verius. Et vt taceamus infinitos qui recenseri possent, ipsum inducimus Andream Alciatum virum vndiq; ornatissimum, nostraque ætate celeberrimum Iurisconsultum, & nihilominus non abstinuit in pluribus aliquos redarguere, prout nec ipsum Alciatum mordere destitit Tyberius Decianus, vt ipsius Deciani Apologia demonstrat. Sumus enim natura faciles ad dissentiendum, pronique ad alios reprehendendum. Num præclarius quæris exemplum, quam Celsi Iurisconsulti, qui modestissimè requisitus ab amico suo Domitio Labeone, an testium numero habendus sit his, qui testamenti tabulas scripsit, nimis acerbe respondit per hæc verba, aut non intelligo, quid sit id, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua, vt habes in l. Domitius labeo. ff. de testamentis, Quid igitur mirandum est? quinimo prorsus Flacci faciendum si repertus sit Zoilus, qui leuissime motus, honorandi genitoris mei tractatum de Iuramento, generaliter ab omnibus approbatum taxare sit ausus? & quod aliquibus in locis mouerit quæstiones, nec resoluerit, at lectorem pro resolutione ad Doctores ab eo citatos remiserit, aliquandò paucos, aliquando plures, quam oporteret authoritates citet, & nonnullis in locis prolixus, & in quibusdam fuerit nimis breuis. Et non aduertit hic oppugnator id ab eius imprudentia deduci, qui eius tractatus materiam non ponderauit; Nam longior aut breuior fuit vt, par erat, iuxta concurrentis quæstionis exigentiam, habuitque respectum an tractata materia ad propositum scopum congrueret. Spretis igitur maledicorum linguis hunc nouũ edidit de Confessione tractatum, qui vt credimus, non minus quam alius legentibus erit gratus, & iucundus. Et bene vale.

Petrutius

Petrutius Roſcius Tyburtinus V. I. D.
Authoris Nepos ad Lectorem.

AVdi? ſiſte gradum lector? te Iudice oportet
Diſſolui dubium haud ponderis hercle leuis.
De Iuramento tractatum primitus Author
Compoſuit, cunctis gratus vbique fuit.
En nouiter præſens; in quo Confeſſio miris
Eſt ornata modis, panditur iſte liber.
Quæritur, ò lector? quis nam præſtantior, aut quis
Lecturis poſſit gratior eſſe viris.
Vincit eorum alter: Lectus gratiſſimus ille,
Nec minus hic, ipſum perlege gratus erit.
Dum legis, an primum præſtantior ille videtur?
Dum legis hunc, dices hic alium ſuperat.
Nil mirum amborum cum ſit Vincentius author:
Eſt cuius proprium vincere quicquid agat.

Ioannes Zarattinus Caſtellanus ad Lectorem.

AVrea cœleſtum ſedes Aſtræa reliquit
In terris iterum viſere iura volens.
Mancini vt vidit legali ſcripta decore
Tractatum, dixit filia digna Iouis.
Certè per Superos iuro, Stygiamq; paludem,
De Iuramento non fore maius opus.
Et de Confeſsis vllum præclarius vnquam
Tam docto ingenio non potuiſse loqui.

Io.

IO. DOMINICVS MARTIVS ROMANVS V.I.D. AD LECTOREM.

VT solet astrifero splendorem Cynthia cœlo
Reddere, præclarus sic micat iste liber,
Sic nomen Mancine tuum per secla, per orbem,
Per populos omnes nuncia fama feret:
Italiæ, Graiasque Vrbes penetrabit, & Indos,
Et poterit cœli sic superare vias.
Non mea Castalidum Phœbus si perluat vnda,
Et Sacer Aonidum perluat ora chorus.
Tantarum poterit dici pars vltima laudum,
Quas tibi Vincentis nomen vbique parat.
O insigne opus? & tantæ quæ præmia curæ?
Aeternos dabitur viuere posse dies.

Euangelista Zappus Tyburtinus V. I. D. Lectori

IVrisiurandi insignes donasse labores
Mancino visum non fuit esse satis,
Propterea primis voluit sociare secundos
Hos celebres fœtus ponderis eximij:
Pace tua Lanfrance sile, reliquique silete,
Qui summis labijs hoc tetigistis opus:
Cedite Mancino, superat vos sedulus Author,
Ipse Theorica enim, Praxis & ipse Pater.

Proœmium.

CONFESSIONIS *materiam tractaturi, quæ & perpulchra est, & in forensibus causis frequens, & assidua, ac in practica perutilis cũ à nemine nostrorum maiorum plenè tractata sit; Vt quò fieri potest ordinatius procedamus, quoniam variæ quæstiones diuersæq; conclusiones discutiendæ venient, ad faciliorem omnium explicationem, illam in sequentibus capitibus distribuere libuit.*

Operis diuisio.

AGEMVS in primo Capite de ipsa confessione in genere, plura de eius natura, viribus, & effectibus, aliisq; ad ipsius materiam spectantibus relaturi: Quibus in genere sic præmissis ad particularia capita, ad certum scopum tendentia, deueniemus, imitantes Iurisconsultum in l.1.ff.si cert. petat.

Secundo in capite agetur de extraiudiciali confessione, quæ, vt re ipsa patebit, erit discussio perutilis & oportuna.

Tertium autem caput continebit vires, & efficaciam iudicialis confessionis, adiectis pluribus, ac pulchris ad materiam quæstionibus. Plenèq; tractabitur quas habeat vires in causis criminalibus, seu iudicialis sit, seu extraiudicialis, seu sponte, seu in tormentis, aut eorum metu facta confessio.

Quarto in capite agetur qualiter & quando confessio, siue iuditialis, siue extra iudicialis valeat reuocari.

In quinto capite tractabitur de confessione sine causa, & eius effectu.

Sexto in capite enucleabimus vires, & effectum & tacitæ, & fictę confessionis.

In septimo capite declarabitur quibus in causis, & quando confessio nullum afferat præiudicium.

Octauo discutietur de confessione facta in vltimis voluntatibus cuius sit efficaciæ.

Et tandem in nono & vltimo capite agetur de viribus & effectu confessionis factæ a Prælatis, tutoribus, procuratoribus, administratoribus, & similibus, an, & quando præiudicet principalibus.

SVMMARIVM.

1 *Confessus pro iudicato habetur.*
2 *Confessio est regina probationum: quamuis vera non sit probatio, sed releuatio ab onere probandi, & nu. 3.*
3 *Nimis est indignum, quod suo quisquis ore confessus est, id postmodum infringere velle.*
4 *Confessio partis prævalet testium dictis*
5 *Et maior est probatio, quam publicum instrumentum.*
6 *Probat non dum contra confitentem, sed contra quemcumque successorem etiam fiscum, ibidem.*
7 *Tollitque præsumptionem iuris, & de iure.*
8 *Probat etiam facta in instrumento nullo, & nu. 17.*
9 *Vbi est confessio non curatur ordo iuris, hominis, nec Mundi.*
10 *Ex confessione facta in iudicio, nullo sequi potest condemnatio, si facta sit in eodem processu.*
11 *Certa tamen esse debet, ac necessario concludens.*
12 *Vbi sit obscura confitenti non præiudicat.*
13 *Interpretanda est confessio, vt confitentem minus lædat.*
14 *Et vt sit conformis confitentis intentioni.*
15 *Confitens prout continetur in tali instrumento, si in illo nil continetur, nil fateri dicitur.*
16 *Quid si nullum sit instrumentum, ad quod fit relatio?*
18 *Proprium est confessionis, vt sit indiuidua.*
19 *Quod verum est si facta sit in vno eodemque capitulo.*
20 *Etiam facta in eodem capitulo diuidi potest, si confitens habet contra se iuris præsumptionem.*
21 *Regulariter autem confessio qualificata nequit acceptari, nisi cum sua qualitate.*
22 *Vbi verò capitula sint separata potest in parte tantum acceptari.*
23 *Quando capitula separata, vel connexa dicantur?*
24 *Vnicum Capitulum dicitur quando vnico constructu, & essentia plura ponuntur*

ponuntur.

25 Videndum est an vnum veniat ad alterius determinationem, & num. sequen. 26. & 27.

27 Si debitor fatetur se debere 50. tantum. An creditor valeat acceptare confessionem, & reijcere negatiuam.

28 Confessio non præiudicat nisi quoad personam interrogantis.

29 Facta in verbis enunciatiuis in instrumento probet?

30 Intellectus l. final. ff. de interr. actioni.

31 Confessio inter alios facta tertio non præiudicat, sed nocet tantum inter confitentes, etiam si confitentis probitas concurrat, ibi vide, & in seq. vbi ad plura infertur.

32 Cedentis confessio cessionario non præiudicat.

33 Vbi sumus in materia non permissa, nisi in certo casu, an confessio probet veritatem casus permissi, ibique ad plura infertur, & præsertim ad donationem factam concubinæ sub narratiua seruitiorum, & num. 60.

34 Transactio non valet nisi subsit lis, aut eius timor, an ille probetur confessione transigentis?

35 Benemerita an partis confessione probentur? & quid de impotentia coeundi?

36 Vergentia viri ad inopiam, an confessione probetur?

37 Declaratio ad prædicta.

38 Quid de confessione facta in instrumento guarentigiato, vbi sumus in materia prohibita, & quid in confessione mariti quid res empta fuerit de pecunia vxoris?

39 Acceptatio confessionis, an sit necessaria, vel sufficiat sola partis præsentia? & num. seqq.

43 Absente parte facta semiplenè probat.

44 Quid si facta sit in cediculis aut alia scriptura?

45 Quid vbi facti euidentia repugnat, vel alias sit contraria veritati?

46 Quid operetur in his, quæ iuris sunt?

47 Quid in his quæ à nostra potestate non dependent? & num. seq. fallit in præiudicium confitentis, non tamen in beneficialibus, & num. 48.

49 Confessio non sufficit in his, in quibus casus verus requiritur.

50 Confessio præiudicat fatenti, at non obligat illum.

51 Confessio contenta in instrumento nec nocet, nec prodest ei, qui in illo non nominatur.

52 Nulla scriptura extra iudicium facta probat, nisi inter illos, qui fieri fecerunt illam.

53 Confitens se hæredem ad instantiam vnius, an probet ad fauorem alterius.

54 Confessio facta in iudicio ad vnum finem non noceat in alio ad diuersum effectum.

55 Confessio in instrumento semper nocet, & probat inter partes.

56 Confessio iudicialis saltem quo ad alios semiplene probat.


VINCENTII MANCINI TYBVRTINI,

Ciuiſq; Romani

DE CONFESSIONE

Tractatus.





ROMÆ,

Ex Typographia Stephani Paulini MDCIV.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. SVO COLENDISS.

FLAMINIO PLATO

CARDINALI AMPLIS.

VINCENTIVS MANCINVS FOELICITATEM.




VLLA, vt opinor, Illustrissime Domine præstantior materia reperitur quã confessionis, siue illa Sacramentalis, & diuina siue ipsa prophana, vel extraiudicialis, vel iudicialis proponatur. Siquidem si de Diuina tractetur, quid ea diuinius, altius, aut vtilius humano generi excogitari valet, qua media his qui contritus humiliter Sacerdoti scelera propria confitetur, diuinam pietatem ita prouocat, & fere obstringit, vt dixerit Propheta: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Si de prophana, aut iudiciali, aut extraiudiciali discutiatur, eius sunt permulti, & præclarissimi effectus in præsenti opere specialiter recensendi: Et tacitis modo reliquis, haud exiguus est ille effectus, vt sponte delictum confessus, etiam ex iuris communis di-

ſpoſitione mitius puniatur; vt taceamus ſtatuta Ciuitatum, & vbiq; ferè vigentia, quæ ſponte fatentibus, delictorum pœnas diminuunt. Omiſſa igitur tractatione Diuinæ illius, ac Sacramentalis Confeſſionis, de qua egregiè ſimul, & doctiſſimè tot grauiſſimi patres Theologi pertractarunt: viſum eſt in præſenti opere ipſius Confeſſionis, & iudicialis, & extraiudicialis materiam elucidare. Quæ prout mihi perdifficilis, & laborioſiſſima fuit, ita (vt ſpero) Lectori vtilis erit, & iucunda. Tractatumq; ipſum ob meam ergà Illuſtriſſimam Dominationem ſuam obſeruantiam nomini tuo dedicare, Dignabitur illa munus ipſum quamuis exiguum non aſpernari. Quam Deus ipſe Optimus Maximus diu incolumem ſeruare dignetur.

VIN-

VINCENTIVS MANCINVS BENIGNO LECTORI F.


VAM frequens sit materia Confessionis, non minus in extraiudicialibus, quam forensibus, siue ciuilibus, siue criminalibus causis vtilisque, ac pulcherrimis referta quęstionibus neminem latet. Etquamuis à maioribus nostris tam in Lecturis, quã in Cõsilijs, Decisionibus, & Tractatibus, latè in quampluribus discussa, & iuxta occasiones egregiè tractata sit. Neminem tamen animaduerti, qui ex professo eius amplissimæ materiæ particularem, vberemque tractatum ediderit, in quo totam eius materiam bene ordinatam, proprijsque locatam sedibus exornauerit. Visum est igitur candide Lector hoc onus, quamuis humeris meis impar assumere, & iuxta virium exiguitatem huiusmodi tractatũ non sine magnis laboribus, & vigilijs elaboratum ad publicam commoditatem compilare: In quo si quid boni dictum erit gratiæ agendæ sunt Deo Optimo Maximo, à quo bona cuncta procedunt, si in aliquo peccatum nostræ imbecillitati tribuendum erit. Et bene vale.

CÆSAR OCTAVIVS MANCINVS V.I.D. AVTHORIS FILIVS, AD LECTOREM.


RAVIS equidem, & Authore digna videtur ea sententia Plinij Iunioris, qua beatos censet eos viros, quibus Dei munere, aut facere scribenda, aut scribere legẽda indultum est. Et nihilominus vsu comperimus permultos, & ferè omnes, qui & grauissimè, & doctissimè cum maxima laude scripserunt non omnibus satisfacere potuisse. Imò non defuisse Zoilos, qui eos carperent, & morderent, vbi cessante liuore honorare, & magnis efferre laudibus conueniebat. Nam & Plato ille, Diuinitatis titulo decoratus in suis Dialogis visus est aliquibus parum ordinatè scripsisse: Aristoteles & ipse Peripateticæ doctrinæ facilè Princeps, visus est nonnullis obscuritatis vitio laborasse. Magnumque illum Homerum refert Horatius aliquando dormitasse. Ipsumque Virgilium Poetarum maximum à nonnullis imbecillis ingenij taxatum. Et

Demo-

Demosthenes, Marco Tullio, nec in omnibus satisfecit. Ipseque Marcus Tullius eloquentiæ pater à Græcis non modicè laceratus. Et tacitis alijs humanarum literarum grauissimis, non minus quam laudatissimis Authoribus, nec Sacrarum scripturarum expositores, & sanctitate vitæ, & doctrina præclaros Zoilorum aculeis exemptos videmus. Abundat siquidem vnusquisque in sensu suo; Et quod alteri vno modo explanare visum est, in alium sensum alteri libuit explicare. Vt prætermissis permultis alijs id cernimus in beatissimis, doctissimisque patribus, Augustino, & Hieronymo; qui in eorum ad se ipsos directis Epistolis, quæ habentur in Epistolis Diui Hieronymi in non paucis non modicè discordarunt. At forsan dices Candide Lector id in iuris professoribus, ob ipsius iustitiæ nitorem non euenire. Totum autem oppositum apparet verius. Et vt taceamus infinitos qui recenseri possent, ipsum inducimus Andream Alciatum virum vndiq; ornatissimum, nostraque ætate celeberrimum Iurisconsultum, & nihilominus non abstinuit in pluribus aliquos redarguere, prout nec ipsum Alciatum mordere destitit Tyberius Decianus, vt ipsius Deciani Apologia demonstrat. Sumus enim natura faciles ad dissentiendum, pronique ad alios reprehendendum. Num præclarius quæris exemplum, quam Celsi Iurisconsulti, qui modestissimè requisitus ab amico suo Domitio Labeone, an testium numero habendus sit his, qui testamenti tabulas scripsit, nimis acerbe respondit per hæc verba, aut non intelligo, quid sit id, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua, vt habes in l. Domitius labeo. ff. de testamentis, Quid igitur mirandum est? quinimo prorsus Flacci faciendum si repertus sit Zoilus, qui leuissime motus, honorandi genitoris mei tractatum de Iuramento, generaliter ab omnibus approbatum taxare sit ausus? & quod aliquibus in locis mouerit quæstiones, nec resoluerit, at lectorem pro resolutione ad Doctores ab eo citatos remiserit, aliquando paucos, aliquando plures, quam oporteret authoritates citet, & nonnullis in locis prolixus, & in quibusdam fuerit nimis breuis. Et non aduertit hic oppugnator id ab eius imprudentia deduci, qui eius tractatus materiam non ponderauit; Nam longior aut breuior fuit vt, par erat, iuxta concurrentis quæstionis exigentiam, habuitque respectum an tractata materia ad propositum scopum congrueret. Spretis igitur maledicorum linguis hunc nouũ edidit de Confessione tractatum, qui vt credimus, non minus quam alius legentibus erit gratus, & iucundus. Et bene vale.

Petrutius

Petrutius Roscius Tyburtinus V. I. D.
Authoris Nepos ad Lectorem.

AVdi? siste gradum lector? te Iudice oportet
Dissolui dubium haud ponderis hercle leuis.
De Iuramento tractatum primitus Author
Composuit, cunctis gratus vbique fuit.
En nouiter præsens, in quo Confessio miris
Est ornata modis, panditur iste liber.
Quæritur, ò lector? quis nam præstantior, aut quis
Lecturis possit gratior esse viris.
Vincit eorum alter: Lectus gratissimus ille,
Nec minus hic, ipsum perlege gratus erit.
Dum legis, an primum præstantior ille videtur?
Dum legis hunc, dices hic alium superat.
Nil mirum amborum cum sit Vincentius author:
Est cuius proprium vincere quicquid agat.

Ioannes Zarattinus Castellanus ad Lectorem.

AVrea cœlestum sedes Astræa reliquit
In terris iterum visere iura volens.
Mancini vt vidit legali scripta decore
Tractatum, dixit filia digna Iouis.
Certè per Superos iuro, Stygiamq; paludem,
De Iuramento non fore maius opus.
Et de Confessis vllum præclarius vnquam
Tam docto ingenio non potuisse loqui.

Io.

IO. DOMINICVS MARTIVS ROMANVS V.I.D. AD LECTOREM.

VT solet astrifero splendorem Cynthia cœlo
Reddere, præclarus sic micat iste liber,
Sic nomen Mancine tuum per secla, per orbem,
Per populos omnes nuncia fama feret:
Italiæ, Graiasque Vrbes penetrabit, & Indos,
Et poterit cœli sic superare vias.
Non mea Castalidum Phœbus si perluat vnda,
Et Sacer Aonidum perluat ora chorus.
Tantarum poterit dici pars vltima laudum,
Quas tibi Vincentis nomen vbique parat.
O insigne opus? & tantæ quæ præmia curæ?
Aeternos dabitur viuere posse dies.

Euangelista Zappus Tyburtinus V. I. D. Lectori


IVris iurandi insignes donasse labores
Mancino visum non fuit esse satis,
Propterea primis voluit sociare secundos
Hos celebres fœtus ponderis eximij:
Pace tua Lanfrance sile, reliquique silete,
Qui summis labijs hoc tetigistis opus:
Cedite Mancino, superat vos sedulus Author,
Ipse Theoricæ enim, Praxis & ipse Pater.

Proemium.



ONFESSIONIS materiam tractaturi, quæ & perpulchra est, & in forensibus causis frequens, & assidua, ac in practica perutilis cũ à nemine nostrorum maiorum plenè tractata sit; Vt quò fieri potest ordinatius procedamus, quoniam variæ quæstiones diuersæq; conclusiones discutiendæ venient, ad faciliorem omnium explicationem, illam in sequentibus capitibus distribuere libuit.

Operis diuisio.



GEMVS in primo Capite de ipsa confessione in genere, plura de eius natura, viribus, & effectibus, aliisq; ad ipsius materiam spectantibus relaturi: Quibus in genere sic præmissis ad particularia capita, ad certum scopum tendentia, deueniemus, imitantes Iurisconsultum in l. 1. ff. si cert. petat.

Secundo in capite agetur de extraiudiciali confessione, quæ, vt re ipsa patebit, erit discussio perutilis & oportuna.

Tertium autem caput continebit vires, & efficaciam iudicialis confessionis, adiectis pluribus, ac pulchris ad materiam quæstionibus. Pleneq; tractabitur quas habeat vires in causis criminalibus, seu iudicialis sit, seu extraiudicialis, seu sponte, seu in tormentis, aut eorum metu facta confessio.

Quarto in capite agetur qualiter & quando confessio, siue iuditialis, siue extra iudicialis valeat reuocari.

In quinto capite tractabitur de confessione sine causa, & eius effectu.

Sexto in capite enucleabimus vires, & effectum & tacitæ, & fictę confessionis.

In septimo capite declarabitur quibus in causis, & quando confessio nullum afferat præiudicium.

Octauo discutietur de confessione facta in vltimis voluntatibus cuius sit efficaciæ.

Et tandem in nono & vltimo capite agetur de viribus & effectu confessionis factę a Prælatis, tutoribus, procuratoribus, administratoribus, & similibus, an, & quando præiudicet principalibus.

SVMMARIVM.

1 *Confessus pro iudicato habetur.*
2 *Confessio est regina probationum: quamuis vera non sit probatio, sed releuatio ab onere probandi, & nu. 3.*
3 *Nimis est indignum, quod suo quisquis ore confessus est, id postmodum infringere velle.*
4 *Confessio partis præualet testium dictis*
5 *Et maior est probatio, quam publicum instrumentum.*
6 *Probat non dum contra confitentem, sed contra quemcumque successorem etiam fiscum, ibidem.*
7 *Tollitque præsumptionem iuris, & de iure.*
8 *Probat etiam facta in instrumento nullo, & nu. 17.*
9 *Vbi est confessio non curatur ordo iuris, hominis, nec Mundi.*
10 *Ex confessione facta in iudicio, nullo sequi potest condemnatio, si facta sit in eodem processu.*
11 *Certa tamen esse debet, ac necessario concludens.*
12 *Vbi sit obscura confitenti non præiudicat.*
13 *Interpretanda est confessio, vt confitentem minus lædat.*
14 *Et vt sit conformis confitentis intentioni.*
15 *Confitens prout continetur in tali instrumento, si in illo nil continetur, nil fateri dicitur.*
16 *Quid si nullum sit instrumentum, ad quod sit relatio?*
18 *Proprium est confessionis, vt sit indiuidua.*
19 *Quod verum est si facta sit in vno eodemque capitulo.*
20 *Etiam facta in eodem capitulo diuidi potest, si confitens habet contra se iuris præsumptionem.*
21 *Regulariter autem confessio qualificata nequit acceptari, nisi cum sua qualitate.*
22 *Vbi verò capitula sint separata potest in parte tantum acceptari.*
23 *Quando capitula separata, vel connexa dicantur?*
24 *Vnicum Capitulum dicitur quando vnico constructu, & essentia plura*

ponuntur.

25 *Videndum est an vnum veniat ad alterius determinationem, & num. sequen. 26. & 27.*

27 *Si debitor fatetur se debere 50. tantum. An creditor valeat acceptare confessionem, & reijcere negatiuam.*

28 *Confessio non præiudicat nisi quoad personam interrogantis.*

29 *Facta in verbis enunciatiuis in instrumento probet?*

30 *Intellectus l. final. ff. de interr. actioni.*

31 *Confessio inter alios facta tertio non præiudicat, sed nocet tantum inter confitentes, etiam si confitentis probitas concurrat, ibi vide, & in seq. vbi ad plura infertur.*

32 *Cedentis confessio cessionario non præiudicat.*

33 *Vbi sumus in materia non permissa, nisi in certo casu, an confessio probet veritatem casus permissi, ibique ad plura infertur, & præsertim ad donationem factam concubinæ sub narratiua seruitiorum, & num. 60.*

34 *Transactio non valet nisi subsit lis, aut eius timor, an ille probetur confessione transigentis?*

35 *Benemerita an partis confessione probentur? & quid de impotentia coeundi?*

36 *Vergentia viri ad inopiam, an confessione probetur?*

37 *Declaratio ad prædicta.*

38 *Quid de confessione facta in instrumento guarentigiato, vbi sumus in materia prohibita, & quid in confessione mariti quid res empta fuerit de pecunia vxoris?*

39 *Acceptatio confessionis, an sit necessaria, vel sufficiat sola partis præsentia? & num. seqq.*

43 *Absente parte facta semiplenè probat.*

44 *Quid si facta sit in cedulis aut alia scriptura?*

45 *Quid vbi facti euidentia repugnat, vel alias sit contraria veritati?*

46 *Quid operetur in his, quæ iuris sunt?*

47 *Quid in his quæ à nostra potestate non dependent? & num. seq. fallit in præiudicium confitentis, non tamen in beneficialibus, & num. 48.*

49 *Confessio non sufficit in his, in quibus casus verus requiritur.*

50 *Confessio præiudicat fatenti, at non obligat illum.*

51 *Confessio contenta in instrumento nec nocet, nec prodest ei, qui in illo non nominatur.*

52 *Nulla scriptura extra iudicium facta probat, nisi inter illos, qui fieri fecerunt illam.*

53 *Confitens se hæredem ad instantiam vnius, an probet ad fauorem alterius.*


54 *Confessio facta in iudicio ad vnum finem non noceat in alio ad diuersum effectum.*

55 *Confessio in instrumento semper nocet, & probat inter partes.*

56 *Confessio iudicialis saltem quo ad alios semiplene proba.*

Caput Primum.

DE CONFESSIONE, IN GENERE.

1 ONFESSVS pro iudicato habetur, ad l.2.ff.& C. de confeſſ. Quod quomodo procedat, dicetur infra, num. 75. Nulla eſt etenim maior probatio, quàm ipſa cõfeſſio, quæ dicitur Regina probationũ, omneſq; alias ſuperat Rolan. conſ. 21.nu.3. lib. 1. Et vt inquit Rimin.Iun. in conſ. 502.nu. 3. lib. 5. eſt omnium probationum Illuſtriſſima. Exornatq; idem in conſ. 242. nu.64. 65. & ſeq.lib. 2.& in conſil.415.nu.31. lib. 4. Aym.conſ. 75.nu. 1. Menoc. in lib. 1. Præſumptio. quæſtio. 1. nu. 37. Ianuen. deciſ. 60. nu. 1. Vocaturq; probatio ſuperlatiua, ad Bero. in conſ. 16. nu. 2. lib. 2.

Et omiſſa in hac triuiali regula concordantium cumulatione, de eius, authoritate eſt textus in l. cum te. C. de tranſact. Illius enim continentiæ confitens acquieſcere debet; quoniam, vt inquit Iuſtinianus Imperator in l. ge-
3 neraliter. C. de non numer. pecun. Nimis eſt indignum quod ſua quiſq; voce affirmauit id poſtmodum infringere velle.

Nec tamen deſunt volentes quod confeſſio non ſit vera probatio, ſed releuatio ab onere probationis. Ancaran. in quæſt. 1. nu. 11. & 17. Menoc. quæſt. 61. nu. 6. lib. 1. Præſumpt.

4 Hinc ſcaturit quod partis confeſſio præualet dictis te-

ſtium

stium, etiam si mille forent. Bursat.consil. 111.nu. 14. lib. 1. Imò operatur, vt dicta testium non attendantur. Aym. cons. 61. nu. 3. & consil. 171. nu. 10. Etiam si essent mille testes. Gabriel.cóclus.4.nu.75.de testib. Cæs. de Grassis decis.75. nu. 2.cod. tit.

5 Est etiam major quocunq; publico instrumento. Aym. cons.61.nu.3.& cons.217.nu.10. Rimin. Iun.in cons. 388. nu.73 lib. 4.& cons.399. nu. 85. ibid. Tantęq; est efficaciæ, vt nunquam reiecta censeatur, sed semper & quandocunque opponi possit, etiam contra præsumptionem iuris, & de iure ad Ios. Ludouic.in decis. Lucens.5. nu. 44.

6 Et non tantū est efficax contrà confitentem, sed contrà quemcumque illius successorem etiam singularem, habentem causam ab ipso confitente, Socin. in cons. 82. num. 4. lib. 3. Ruin.cons.120.nu.16. lib.2.& in consi.76. num. 13. & 18.lib.5. Aym. consil.29.nu.1. Thob. in cons. 66.num. 7. Socin.Iuni.in cons.189.num.35. lib.2. Riminal. iunior in cons.214.num. 9. lib.2. Quod intelligas de confessione facta antequam tertius succederet; Nam facta postea non præiudicat. Ruin. in consil. 177. numer. 12. lib. 1. Et rursus declara vt procedat cum eadem persona, & super eadem re, & secus cum alia persona, & re diuersa. Marcabrul.cons. 86. num. 116. & seq. & procedit etiam si facta sit in verbis enunciatiuis. Rimi. iuni. consil. 382. num. 1. lib. 4.

Probat etiam contra fiscum si est successor; vide Pute. decis. 3. de confess. in manuscriptis, vbi pulchrè id ampliatur procedere etiam si fiscus successerit in pluribus partibus, & confitens vnum tantum habuisset.

7 Et quamuis præsumptio iuris, & de iure non admittat contrariam probationem, tamen eliditur ex confessione partis in contrarium Asini. in pract. §. 31. in. 10. limitat. & ibid. in cap. 39. num. 1. Decian.in cons.40.num. 44. lib. 4. Menoc. de præsump. lib. 1. quæst.61. num.4. 5. & 9. Intellige tamen & declara, si confessio fiat super his quæ pendent à facultate confitentis, ad Menoc. ibid. num. 11. & vide infrà, num.47.

Proce-

8 Proceditq; huiusmodi conclusio etiam si confessio facta sit in instrumento nullo, vt firmauit Rota in dec. s. Putei 4. de confess. in manu scriptis, Adnotauitque Ias. in l. certi condictio. §. si nummos, num. 34. ff. si cert. peta. Ruin. in cons. 53. num. 15. lib. 2. & in consil. 7. num. 2. lib. 3. Imol. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. num. 11. vers. vel potes dicere, vbi latè Alex. num. 11. & Paul. num. 4. de ver. oblig. Crot. in cons. 212. num. 9. & seq. lib. 2. Mascard. in conclus. 358. nu. 1. & seq. de probatio. de communi Gabrieli. conclus. 10. num. 8. de clausul. quamuis Tiraquel. nonnulla congerat in oppositũ de iure constitu. possesso. par. 3. limit. 7. num. 28. Pluresque alij idem senserint, Alex. in consil. 30. num. 3. lib. 7. Ias. latè in dicta l. si ita stipulatus. §. Grisogonus, num. 48. de verb. obligation. Mascard. vbi supra num. 3. & sequen. Nihilominus Bal. relatus in decis.
9 Pedemon. 199. num. 13. pulcherrime adnotauit, quod vbi reperitur partis confessio, non curatur ordo iuris, hominis, neque mundi, quoniam nullitate non obstante, ex confes-
10 sione facta in iudicio nullo sequi potest condemnatio. Afflict. decis. 181. num. 2. Alex. in consil. 34. num. 3. lib. 3. Abb. in c. Pisanis, num. 9. de restitut. Spoliato. Mathesilan. sing. 53. De communi Clar. in sua pract. crimina. in quæst. 55 uers. item posset allegare. Maran. in pract. in 6. par. in 8. actu iudicio nu. 24. Plot. in cons. 69. nu8. faciunt notata infra in c. 3. articulo primo num. 18.

Purgat enim confessio quamcunq. processus ineptitudinem. Boss. in pract. crim. in tit. de confess. nu. 40. Rolan. in cons. 31. nu. 5. & pluribus seq. lib. 1. Dec. in cons. 221. nu. 3. Marsil. cons. 86. num. 17. & seq. Paul. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus nu. 4. de verb. oblig. Rimi. Iun. in cons. 126. nu. 14. lib. 2. Capra. in suo tracta. de notorio post regulam 65. in 1. mem. nu. 20. & sequen. Ferret. in consil. 83. num. 16. Valde vrget in oppositum decis. Caputaq. 187. par. 1. in impress. Verius autem existimamus quod decisum fuit coram Puteo vbi supra, ex præallegatis; & vide deducta infra in c. 3. articulo 1. num. 18. An autem idem effectus resultet ex ficta confessione inducta per statutum, pro negatiua

tiua vide Marsil. in sua pract. crimin. §. postquam, num. 59.

Aduertas autem quod illud dictum, vt sententia ferri possit etiam stante nullitate processus, vbi extet confessio partis; procedit cum confessio emanat super eodem processu. Rimin. Iunior consil. 262. num. 4. lib. 2.

11 Certa tamen debet esse confessio, & necessario concludens ad Aymo. in consil. 157. num. 9. Thobi. in consil. 24. num. 27. & in consil. 27. num. 7. Nam vbi sit obscura non
12 nocet confitenti. ad Moedan. in decis. 36. quæ incipit: Tenuerunt Domini pro constanti in manu scriptis. Quod procedit etiam si confessio sit geminata: ad Caputaq; in
13 decis. 199. n. 1. p. 1. Et in dubio ad partis fauorem, vtque minus eam lædat est interpretanda. ad Deci. in consil. 118. num. 5. versic. 2. principaliter. Ferret. in cons. 259. num. 3. Thobi. in cons. 24. num. 29. Alex. in consil. 171. num. 14. lib. 6. Rimin. Iuni. in consil. 204. num. 55. lib. 2. Caputaq; decis. 189. par. 1. cum centum similibus, quæ vti Triuialia non deducimus.

Aduertas tamen quod confessio, quæ potest importare bonum, & malum, si simus in prohibitis interpretatur contra confitentem. Ad Gabriel. qui alios inducit in conclus. 19. num. 6. de criminali.

14 Intelligenda est etiam vt sit conformis confitentis intentioni. ad Alexan. in consil. 86. num. 6. lib. 7. Et idcirco illi permittitur vt possit eam declarare, dummodo non destruat. Rimi. Iuni. in dict. consil. 204. num. 56. Quam declarationem facere ualet etiam ex interuallo. Paris de syndicatu super ver. Tortus c. 7. num. 11.

15 Proinde si quis confiteatur prout in tali instrumento continetur: si in eo nil habetur, nihil dicitur confessatum. ad Alexan. in consil. 49. num. 5. lib. 7. Natta in consil. 634. num. 16 lib. 3. Cephal. consil. 200. num. 8. lib. 2. Rim. cons. 433. num. 2. lib. 3. Deci. in cons. 278. num. 6. vers. Nec obstat quod confessio, Decian. consl. 2. num. 42. lib. 4. & in cons. 109. n. 67. lib. 2. Grammat. cons. 59. num. 8. & seq. Rimi. Iuni. consil. 130. num. 14. lib. 2. Decian. consl. 2. num. 42. lib. 4.

Quid

16 Quid autem si instrumentum ad quod fit relatio sit nullum? & articulus non caret difficultate: Videtur autem distinguendum, An instrumentum relatum sit nullum defectu omissæ solennitatis, vel forte quia continet falsitatem. In hoc 2. casu quia deficit substantia contractus, instrumentum est inefficax, & similiter ipsa confessio. In primo vero contrarium dicendum videtur, ex notatis per Roman. in cons. 294. num. 1. & 2. Quamuis Rim. Iun. cons. 113. num. 15. lib. 2. etiam in hoc casu nullitatis instrumenti ob defectū solennitatis teneat confessionem nil releuare. Verior autem sententia videtur, vt contractus nullitas non attendatur, cum etiam ex contractu nullo confessio probetur, ex
17 deductis supra num. 8. vers. Proceditq; huiusmodi conclusio, & vers. seq.

18 Naturaleq; est & proprium ipsius confessionis, vt sit indiuidua, vt ex iuribus infrascriptis, & habetur in d. decis. Putei. 3. de confess.

Quod verum est, & procedit in confessione facta in vno eodemq; Capitulo, ad Boer. in decis. 339. num. 3. Versiculo, & tandem distinguit. Secus si in diuersis iuxta doctrinam Barto. communiter approbatam in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. nu. 1. & 2. de libe. lega. cum aliis proximè deducendis.

20 At non mediocris est difficultas vbi confessio vnicum tantum habeatur capitulum, factaq; sit in materia, in qua præsumptio iuris est contra confitentem, exempli causa, Reus interrogatus respōdit verū esse quod Titium occidit, sed ad sui defensionem. Tunc enim quia præsumptio est contrà homicidam, dantem operam rei illicitę, frequentiori calculo est admissum, vt confessio possit acceptari in ea parte, qua delictum fatetur, & quoad qualitatem defensionis refelli, vt distinguit Bar. vbi suprà citatus, sequutiq; sunt Bal. in l. per seruū. §. 1. n. 2. in fin. de vsu, & habitat. Abb. in cap. bonæ. il secundo, nu. 31. de postulat. prælato. & in cap. cum venissent. num. 7. vbi Butr. num. 6. de institutioni. Fel. in cap. venerabilis. nu. 15. vbi Deci. num. 19. versic. si tamen Iudex. de probationi. Franc. in cap. 1. nu. 12. de cōfes.

in 6. Alex. consl. 39. num. 7. & consl. 39. num. 2. prope fin. vbi de communi lib. 7. Ianuen. decis. 95. num. 3. Rimin. Iun cons. 395. num. 27. & seq. lib. 4. Aym. consl. 150. num. 5. Rim. Sen. consl. 436. num. 6. lib. 3. Surd. decis. 258 num. 6. Grat. testans de communi in consil. 127. num. 4. lib. 2. Gabrieli. de magis communi in conclus. 19. in prima ampliat. de criminali, & quod sit magis recepta sententia liquet ex Claro in pract. crim. quæstio. 55. col. ante penulti. versic. possset quoque reus. Communemq; attestatur Thobi. in consl. 86. Diuerso. decis. 802. num. 2 & 3. par. 1. Boss. in pract. Criminal. in titulo de confess. num. 19. Quicquid in oppositum dixerit Marsil. in consil. 136. nu. 30. & seq. inquiens communem esse contra Bartol. Nam in specie eum refellit Clarus in d. quæst. 55. vers. posset quoque reus in final. verbis. vide infra in cap. 2. articulo secundo, num. 26. & vers. seq.

21 Vbi vero non est præsumptio iuris contra cōfitentem, & confessio sit qualificata, nequit acceptari nisi cum sua qualitate. Alexan. in cons. 87. col. 1. versic. contrarium mihi videtur lib. 1. Cagnol. in l. secundum naturam nu. 8. de reg. iur. Marsil. in consil. 13. num. 28. & seq. Boer. late in decis. 243. nu. 5. Rimi. Ion. consl. 127. nu. 9. & pluribus seq. lib. 2. Bellon. consl. 46. num. 10. Tiraq. de retract. conuentio. ad fin. tit. num. 9. Foller. in practi. crimi. in versic. & si confitebantur num. 47. Bero. cons. 42. num. 36. lib. 3. & ibidem consl. 196. num. 30.

22 Quod si capitula sint separata, tunc passim admittitur, vt diuidi possit, & in parte dumtaxat aceptari Aym. de anti. tempo. par. 1. §. viso de verbis. num. 68. versic. amplius quero, vbi de communi. Curt. Iuni. in l. admonendi nu. 39. de Iureiu. & in consl. 166. num. 11. Bellon. consl. 46. num. 10. cum aliis de quibus infra. Vide longam, & pulcram decis. Caputaq. in lib. 2. decis. 24. quę incipit Iacobus, & Catherina in manu scriptis, Ianuen. decis. 141. num. 2. & decis. 114. num. 3. latè ad materiam. Surd. d. decis. 258.

23 Quando autem dicantur capitula separata, vel connexa ita vt diuidi, separarique possint, aut nequeant. Bart. in

præ-

prællegata l. Aurelius §. idem quæsijt, nu. 3. de lib. lega. id declarat, inquiens, intelligo vnum capitulum, vnum factum cum suis qualitatibus, siue plura simul connexa, subiungens exemplum, dico quod promisi tibi decem sub conditione, hoc est vnum capitulũ, siue vna confessio qualificata. Item si promisi tibi centũ apposito in continenti pacto vt vadas pro me Romam ista sunt plura cap. connexa.

24 Diuersa autem capitula dicuntur, plura quæ facta sint diuersis temporibus, vel si insimul, & incontinenti, quando vnum non venit ad alterius determinationem: Sed quodlibet stat de per se. Hæc sunt verba Bartoli. Vide Surd. in d. decis. 258. num. 11. & seq. Consonat Felin. post relatum Abb. in c. cum inter, num. 7. de re iudi. asserens vnũ esse capitulum quando vno constructu, & vnica essentia plura consistunt; Diuersa autem quæ recipiunt separationem ex diuersitate factorum, firmatque diuersa, etiam dici capitula connexa vt pote, si dicitur, promitto centum, apposito pacto, vt vadas pro me Romam. Et idem si plura sint facta, quorum vnum tendit ad alterius determinationem, iuxta doctrinam Bar. sup. relatam.

25 Consonat Bellon. in d. consil. 46. num. 10. in fine, iuncto numer. seq. adnotans modum discernendi an capitula sint diuersa, & varia facta: vt videatur an vnum veniat ad alterius determinationem, vt docet Bar. vbi sup. Et Ferret.
26 in conf. 74. nu. 1. dicit confessionẽ continere vnũ capitulũ si in ea deducitur vnum factum qualificatum, seu sub conditione: Vel quando sunt plura connexa, vt magistraliter tradit Bar. communiter approbatus in d. l. Aurelius.

Et Boer. in consl. 7. latius agit de huiusmodi materia, eamque declarat, concordans cum Bar. & alijs supra relatis & in num. 6. huiusmodi dat exemplum. Actor petijt decem petias panni, quas asseruit dedisse reo ad tingendum. Respondet reus esse veram illarum traditionem, sed factum fuisse pactum de non petendo, vel accæptilatione se liberatum, & inquit in omnibus, & per omnia standum esse iuramento rei, cum super negocio principali, & super connexo, ipsũ principale negocium tangente iuratum dicatur.

Et subiungit, eodem modo si iurasti me tibi tradidisse pannos vt sup. sed me debere centum ex illa tintura : quoniam cum hoc debitum ab eadem causa traditionis pannorum scaturiat, hæc dicuntur negocia connexa, & separari non possunt. At si iuretur veram esse pannorum traditionem , sed me debere scuta 200. ex alia causa, Hæc essent negocia separata, proficiscentia ex diuersis causis , & vnum non tangens aliud . Proinde posset in parte acceptari , & in parte refelli, & concordat etiam in decis. 73. num. 4. & 6.

27 Et tandem Bar. distinctio communiter est recepta vt vltra præmissa liquet ex notatis, per Iason. in l. admonendi, num. 130. vbi idem attestatur etiam Curt. Iuni. num. 38. de iureiu. quicquid in oppositum dixerit, Marsil. sup. citatus in d. cons. 136. num. 30. & seq.

Prędictis autem valde obstare videtur ea sentētia Paul. in l. si quidem ex causa C. de transact. vbi voluit quod si debitor cōfitetur se debere dumtaxat quinquaginta, quod creditor confessionem in ea parte acceptare valet, in qua fatetur, & respuere taxatiuam, ac probare residuum quod prætendit, quod singulare esse affirmat, omnique memoria dignum, sequuti sunt, Bald. & Salicet. ibid. relati à Ias. num. 2. per rationem satis periculosam, vt ibi Ias. aduertit. At mihi videtur ex alio quod illa conclusio sit parui ponderis, quoniam vt inquiunt, creditor residuum quod prætendit per testes probare poterit; Ergo ijdem testes qui residuum probant etiam totum creditum probabunt. Proinde partis confessio parum operabitur.

28 Notabis etiam quod confessio non præiudicat confitenti, nisi quo ad personam interrogantis per. Clarum tex. in l. final. ff. de interro. actioni. Vide infra cap. 3. num. 57. vers. Et si quis aliquid in primo articulo.

Et regulariter cōfessio non prodest alteri, quam ei, cuius fauorem respicit: Pedemon. decis. 138. nu. 14. Guid. Pap. decis. 254. in addit.

29 Facta autem in instrumento etiam in verbis enunciatiuis semiplenam facit probationem ad absentis tertij fauorem.

rẽ. Ripa in l. admonendi, n. 54. vbi Ias. n. 158. verſ. 2. mouetur, de Iureiu. Sed inter eaſdem partes ſemper probat. Afflict. deciſ. 83. num. 4. Aduerte ad Deci. in l. 2. num. 65. C. de eden. Peruſi. deciſ. 35. num. 10. quos videas: & etiam infra num. 58. & vide Decian. in conſ. 33. num. 68. lib. 1.

30 Et quia citatus eſt tex. in l. fina. ff. de interro. actioni. non eſt ſilentio prætereundum, quod illa lex ſecundum Dominos de Rota procedit in nuda confeſsione: nec locum habet in actu geſto qui maioris eſt ponderis, vt me informante dixerunt in vna Romana Laudi inter bo. me. Ill. D. Herſiliam Corteſiam de Monte clientem meam contra Ill. quõdam D. Fabianum de Monte, coram bo. me. Robuſterio ſub die 25. Octobris 1566.

31 Prout nec tertio præiudicat inter alios facta confeſsio, ad Afflict. deciſ. 150. num. 35. Ancara. quæſtio. 60. num. 2. par. 1. & quæſt. 9. num. 2. par 2. Pariſi. conſ. 19. num. 60. & ſeq. lib. 3. Rolan. conſ. 85. num. 7. & ſeq. lib. 2. Etiam ſi cum confeſſione concurreret probitas confitentis. Menoc. conſ. 39. nu. 71. lib. 1. ſed nocet duntaxat inter confitentes. Afflict. deciſ. 245. nu. 11. Maſcard. concluſ. 360. n. 3. & ſeq. de probation. Niſi adſit veriſimilitudo, vel tertius conſenſum præſtitiſſet. Diuerſ. deciſ. 396. num. 1. par. 1. Hincq; eſt quod confeſſio Coadiutoris non nocet coadiuto. Achil. deciſ. 3. de confeſſ.

Et confeſſio Correi non affert Correo præiudicium, ad deciſ. Ianuen. 65. numer. 6. de communi. Soarez ſuper verb. Confeſſio ſeu in iudicio, numer. 240. Vide Afflict. deciſ. 94. numer. 1. & ſequenti. E quid operetur in criminalibus, vide infra in c. 3. artic. 3. verſ. Quæritur etiam nu. 16. Quamuis Bal. in conſ. 389. num. 1. lib. 4. velit oppoſitum.

Notarijque confeſſio, quod falſum fecerit inſtrumentum, ſi id habet ſolemnem publicam formam tertio non præiudicat Rolan. d. conſ. 85. Idemque iuris eſt ſe debitor, qui mihi pignus dedit, poſtea fateatur alteri prius hypotecaſſe. Rolan. ibid. ſimiliter ſi donator facta donatione fateatur donationem fuiſſe fictam, donatario non præiudicat. Rolan. ibid. num. 8.

Socijque

Socijque alterius confessio nullum consocio facit præiudicium, Ruin. consil. 92. numer. 6. lib. 1. Bursat. consil. 330. num. 134. lib. 3. in causis verò criminalibus an præiudicet, vide infra in præcitato cap. 3. artic. 3. vers. Quæritur etiam: Admittitur tamen vt faciat quale quale præiudicium, ad decis. Ianuen. 65. nu. 6. vide Afflict. decis. 94. num. 1. & seq. & Bursat. d. cons. 330. num. 134.

Vbi autem Correus esset simul, & socius, tunc alterius factum alteri nocet. Ruin. d. cons. 92. num. 7. lib. 1. An autem filij confessio noceat Patri, vide Boer. in decis. 221. num. 17. Mascar. conclus. 248. num. 12. Franc. Mar decis. 265.

Et vbi aliqua concurrant adminicula probat ad decis. Ianuen. 152. num. 4. & 10. Et an præiudicet ipsi filio: post quam patris fuit hæres, vide Caputaq. decis. 193. num. 4. par. 2.

E contra an patris confessio filio obsit, vide Ancara. quæstio. 60. num. 4 par. 1. & quæstio, 9. num. 4. Et vbi concurrunt adminicula nocet. Rimi. Iuni. cons. 379. num. 12. & 13. lib. 4. & num. 18. & 22. Vide etiam infra cap. 2. vers. Hinc est quod confessio, & vers. seq. num. 77. Similiterque confessio venditoris post factam venditionem non nocet emptori. Rolan. in dict. cons. 8. num. 9. lib. 2.

32 Quid de confessione cedentis? an præiudicet cessionario? Et Parisi. in cons. 16. num. 60. & seq. lib. 3. inquit non nocere. Intellige tamen prout ille loquitur de confessione facta post cessionē. Ne sit in eius potestate ius cessionario quæsitum tollere, vt habes ibidem num. 61. & 63. vbi testatur de communi ad Alex. in consil. 46. num. 5. vbi bona additio, lib. 5. Rolan. cons. 85. num. 9. & cons. 58. num. 15. lib. 2. Caputaq. decis. 93. num. 4. par. 1. Afflict. decis. 163. in fine, & decis. 402. num. 2. Bero. cons. 187. num. 5. lib. 1. Masceard. conclus. 374. num. 5. & seq. de probationi.

Secus autem si confessio cessionem præcedet Aym. consil. 40. num. 5. Versic. Secunda ratio.

Et

33 Et vbi sumus in materia alias suspecta, vel prohibita, nisi incerto casu permissa, veluti est donatio inter coniuges interdicta, nisi fiat ob causam matrimonij, tunc confessio non probat veritatem casus permissi. Sed quod facta fuerit ex ea causa permissa aliter est probandum iuxtà communem, de qua testatur Aym. in cons. 175. num. 2. Socin. in cons. 241. nu. 14. in fin. & nu. seq. lib. 2. Tiraq. in glo. 3. post leges connubia. num. 108. cum latè congestis a Crauet. de Anti. tempo. par. 1. §. propositum. num. 64. & pluribus seq. vbi plura exempla congerit. Maran. in practi. in 6. par. in 5. actu iudicio. num. 7. Mascar. de probation. conclus. 346. nu. 29. & 30. Videq; infrà in c. 2. num. 76. vers. declara etiam. Idemq; dicas vbi donatur ex causa meritorum: quibus cessantibus donatio non valeret: Merita siquidè verificanda veniunt: quoniam confessio sola non probaret ad Roland. cons. 98. nu. 53. vbi de communi. lib. 1. cum latissimè congestis in meo tracta. de Iuram. par. 4. in effec. 172. vbi videas, addo Barbat. in cons. 29. num. 6. & seq. lib. 3. ac Mascard. de probation. conclus. 380. Ruin. cons. 44. num. 8. lib. 5.

Proinde Clericus, qui Concubinæ donare prohibetur, si sub meritorum, receptorumq; seruitiorum prætextu donet, quæ ab illa recepisse fatetur, donatio non substinetur, nisi aliunde benemerita, vel recæpta seruitia verificentur. Aym. in d. §. Propositum. num. 31. Illisque probatis non valet nisi pro concurrenti quantitate seruitiorum. Afflict. decis. 102. Vbi Vrsill. in addit.

Hæcq; prohibitio donandi Concubinæ non tantum procedit in clerico, sed etiam in laico. Vrsil. ibid. num. 3. Et extenditur etiam ad Doctores, & Aduocatos: iuxtà communem sententiam relatam ibid. ab Vrsill. num. 4.

Hinc est etiam quod si clericus fateatur se debitorem Concubinæ in aliqua summa, vel aliquam rem pro sua recognoscat, non est credendus. Aym. in d. §. Propositum. num. 64. Vide Seraph. huiusmodi materiam latissimè discutientem in priuil. 71. num. 102. & plurib. seq. de Priuil. iuram.

Hisque

Hisq; alludit ea conclusio, quod si quis aliquid facere prohibetur, prohibitus est etiam actum facere, ob quem deueniatur ad illud. Paris. cons. 12. num. 42. lib. 2. Deci. in l. 2. num. 37. de iurisdict. omn. Iud. Tiraq. in glo. 3. post ll. Cōnubiales nu. 100. Pute. decis. 55. quę incipit in causa Romana. Casalis. lib. 3. in manu scriptis. faciuntq; deducta per Rim. Iun. Institut. de donation. in princ. num. 262. & præceden. & subsequentibus.

34 Hinc etiam infertur quod cum transactio non valeat nisi subsit lis, aut illius timor, illa non probatur ex confessione partis in ipsa transactione. Aym. d. cons. 175. nu. 4. qui alios citat, Aliaq; etiam dat exempla, quæ ibi videri possunt, & in decis. Pedemont. 170. num. 56. & seq.

35 Quid autem, si merita essent medio iuramento specificata? An tunc standum sit iuratæ assertioni? Et non defuerunt qui hoc affirmarūt: de quibus Rolan. in d. cons. 98. num. 51. Contrarium verò quamplurimi asseruerunt vt deductum est in dicto meo tract. de iuramen. in pręcitato effect. 172. num. 3. par. 4.

Quæro autem an impotentia coeundi coniugum confessione probetur? Et vbi fuerit sæpius repetita probat indubitanter. ad Bursat. in cons. 88. num. 11. lib. 1.

36 His applaudit illa conclusio quod constante matrimonio non est locus repetitioni dotis, nisi viro vergente ad inopiam iuxtà terminos l. si constante. ff. solut. matrim. Attamen de vergentia Mariti ad inopiam non staretur illius confessioni, Natta cons. 438. num. 10. lib. 2.

37 Limitabis prædicta vbi confessio sit verisimilis, vel alia adminicula concurrant, vt notat Aym. in d. §. Propositum. n. 69. de antiq. tempor. part. 1. cū his quę cumulauit Tiraq. in repetit. l. si vnquam, super verb. donatione largitus. nu. 101. & seq. vbi videre poteris. C. de reuo. donatio. Achil. decis. 1. de Confes. Rimin. Iuni. cons. 242. num. 72. lib. 3. & cons. 171. num. 39. & seq. lib. 2. vt puta si Maritus fateatur aliquid emisse ex pecunia Vxoris: Nam si talis confessio sit verisimilis, vt puta si mulier alia bona præter dotalia habebat talis confessio probaret, Mascar. conclus.

363.

363. nu. 1. Vide infrà num. seq; vers. Quid in confessione Mariti. Item quando cum ipsa confessione iuris præsumptio concurreret. Aym. ibid. num. 73.

38 Sunt etiam alij qui limitant non procedere vbi confessio fieret in instrumento guarentigiato, quod habet vim rei iudicatæ, ex doctrina Baldi relata per Socin. in cons. 122. num. 2. vers. Quarto quia confessiones. lib. 3. & Tiraq. vbi supra num. 103. quem alij sunt sequuti, quos ibi refert. At huiusmodi limitatio non est admittenda, prout iure optimo eam refellit Tiraq. ibid. Nam (prout is inquit) aperta esset fraudandi facultas. Cum passim hodie celebrentur instrumenta guarentigiata, & inoleuerit vsus vt omnia instrumenta fiant cum camerali obligatione. Adeo quod semper standum esset confessioni etiam in materia prohibita, quod nullo modo est admittendum: Vide notata infra in c. 5. num. 13.

Quid in confessione mariti asserentis in instrumēto rem aliquam emptam de pecunijs vxoris? An talis confessio præiudicet? Et pro affirmatiua tenet Rimi. Iuni. in cons. 37. num. 52. lib. 1. & in cons. 383. num. 21. lib. 4. Bursat. cons. 303. num. 5. lib. 3. Borgni. de tuto. num. 223. in fine, & præsertim si fuerit iurata. Bursat. ibid. num. 23.

39 Est autem necessaria acceptatio, alias confessio nihil releuat. Alex. cons. 174. num. 4. lib. 6. cum alijs de quibus infra in c. 3. artic. 1. num. 63. Nec sufficit sola præsentia. Cotta in suis memorialibus super ver. Confessio potest, versic. Sed hæc omnia: de communi. Parisi. in consil. vlt. num. 18. lib. 1. & etiam Ias. in leg. error. num. 3. C. de iur. & facti ignoran. prout comunem attestatur Alciat. in rubr. de verbo. obligat. num. 3. Vers. Non obstat tex. nec non. Ripa, ibid. num. 22. & Cur. Sen. in consil. 77. col. 1. & sequitur Felin. in c. si cautio. num. 23. vers. fortius dixit. Salicet. de fide instru. Bertran. cons. 221. num. 1. lib. 3. in anti. Marsil, in l. de vno quoque num. 124. de re iudi. Curt. Iuni. asserens ita communiter teneri in cons. 149. num. 4. cum alijs, quos congerit. Gabrieli. de confess. conclus. 2. in princ. Duenn. in reg. 119. in 1. limit. Cephal. cons. 90. nu:

53. lib. 1. cum alijs de quibus Mascard. conclus. 347. num. 3. Ancara. quæst. 58. num. 1. Felin. in c. Capitulum, num. 11. versic. 2. pro opinione de rescript. Port. Imol. in consil. 176. num. 4.

40 Non desunt autem grauissimi patres, & in magna caterua, qui contrariam sententiam, & veriorem, & receptiorem affirment, sufficere volentes solam partis præsentiam, quoniam cum confessio sit fauorabilis, taciturnitas pro acceptatione habetur, vt complures cumulat. Gabrieli. ibid. in 1. col. versicol. Contrarium voluit, vbi plures refert testantes de communi. Et Duenn. in dicta reg. 119. in eadem prima limitat. Vers. contrariam opinionem, vbi inquit hanc esse communem, & veriorem sententiam: quam comprobat Alciat. in præsumpt. 21. nu. 8. regul. 3. & veriorem appellat Cotta in suis memorialibus super verb. Confessio, quæ potest, versic. Et hæc contraria, communemque, & veriorem affirmat. Rolan. consil. 26. numer. 19. lib. 1. Vrsil. ad Afflict. in decis. 364. numer. 8. Soarez inter communes super verb. Confessio. quæ vel in articulis, numer. 235. Perusin. decis. 9. numer. 22. & sequent. Bursat. consil. 2. numer. 16. lib. 1. Riminald. Iunior consil. 152. numer. 18. lib. 2. & habes infra in capit. 2. numer. 20. Versic. An sufficiat.

41 Imò non defuerunt qui voluerint in terris, & Dominio Ecclesiæ, attenta æquitate Canonica sufficere solam confessionem, partisque præsentiam non alias esse necessariam. Vt defendit Felin. in capit. si cautio. num. 27. versic. Fallit 2. de fide. instrum. cum alijs, de quibus Seraphin. de priuileg. iuram. in priuil. 24. numer. 7. & sequen. de communi Deci. in consil. 163. num. 2. Alciat. in Rubric. de verb. obligat. num. 8. Porti. Imolen. in cons. 176. num. 3. & seq. Habes latius in c. 2. num. 30. vers. Octauo limita.

42 Notandum est autem, quod vbi confessio non tendit ad aliquem obligandum, sed dumtaxat ad rei gestæ probationem, tunc partis præsentia non requiritur. Diuersorum

forum decis. 121. numer. 29. par. 1. Facit in oppositum. Capiti. decis. 133. nu. 2. referens. Salicet. volentem quod confessio liberatoria absente parte facta non valeat. Vide Felin. in cap. si cautius. num. 32. de fide instrum. Ias. in l. tale pactum, numer. 2. ff. de pact. de communi. Alex. in consil. 174. num. 5. lib. 6. Marcabrun. consil. 29. num. 96. & sequen. pluribus; Vbi enim emanat confessio ad aliquid probandum, seu causandum, ex quo absenti ius acquiritur, tunc confitenti præiudicat etiam quoad absentes. Vt puta fatetur tale instrumentum esse verum, vel se esse hæredem alicuius; Vide Marcabru. ibid. num. 98. 99. & seq. Et infra. cap. 3. versic. & si quis aliquid, num. 57. & versic. seq.

43 Communiter autem, & passim receptum est, vt absente parte facta confessio semiplenam faciat probationem. Ias. in l. admonendi, numer. 158. versic. circa secundum de Iureiuran. Addit. ad Abbat. in dict. capit. si cautio. nnmer. 6. versic. Semiplenam, vbi de communi. de fide instrum. Afflict. decis. 12. numer. 2. & de communi in decis. 337. numer. 6. Vide Mascar. conclus. 347. numer. 24. & seq. & in numer. 2. & 26. Vrsil. ad Afflict. in decis. 364. num. 3. de magis communi. Bursat. in cons. 2. numer. 12. lib. 1. Viuius opinio. 138. & habetur in consil. impresso post opinionem, 439. numer. 19. videasque Magoni. in decis. Lucen. 46. numer. 10. Intellige nisi fuerit ante acceptationem reuocata ad Ancaran. quæstio. 58. par. 1. Perusin. decis. 9. numer. 1. & 2. Marcabr. cons. 18. num. 140. & attenta æquitate Canonica plenè probat, vide infra cap. 2. num. 30.

44 Et vbi facta sit vel in articulis, vel alia scriptura, nec partis præsentiam, nec acceptationem fore necessariam firmat Soarez inter communes super ver. Confessio quæ vel in articulis, nu. 235. Habes latè hanc materiam in cap. 2. vbi ponuntur regula, & limitationes ibi vide.

45 Vbi autem facti euidentia repugnaret non esset standum confessioni. ad Parisi. in consil. 89. numer. 24. lib. 1. Paleot. decision. 153. Cum præpositus in manu

scriptis Marsil. in §. postquam, num. 7. in practic. crimin. Prout nec staretur vbi repugnet veritati, plura exẽpla habes per Decian. in cons. 33. num. 70. & seq. lib. 1. & infra c. 3. artic. 5. num. 35.

46 Similiter in his quæ iuris sunt confessio nil dat, aut tollit. Aym. cons. 29. num. 2. & cons. 48. num. 7. & cons. 157. num. 6. Rimi. Seni. in cons. 596. num. 11. & 12. lib. 3. & infra c. 2. num. 75. vers. & maxime notandum. Diuerso. decis. 310. in discur. num. 1. par. 2. Mascar. conclus. 387. Ex qua conclusione infertur esse periculosum id quod asseruit. Decian. in consil. 79. num 23. lib. 3. vbi voluit, quod confessio circa ea quæ iuris sunt, & non facti, præiudicet confitenti etiam si sit erronea, puta quis fatetur se teneri ex contractu, qui de iure non est validus, & confitens id ignorabat. Nam confunditur ex dicto discursu. Rotæ, & alijs præallegatis.

47 Quibus concinit, quod confessio in his, quæ à nostra facultate non dependent, nil dat aut tollit ad. l. confessionibus. ff. de interr. actio. Roma. consil. 390. num. 3. Deci. in c. final. vers. item noto, de probationib. Aym. in d. cõs. 29. num. 2. Caput. decis. 185. num. 4. part. 1. Menoc. consil. 91, num. 39. & consil. 105. num. 95. lib. 1. Gramm. decis. 81. num. 6. Alban. consil. 7. num. 6. Decian. consi. 33. nu. 64. lib. 1. Rimi. Iunior in consil. 338. num. 50. lib. 3. Bellame. decis. 691. in 9. fallen. vers. Vbi confessio est facta. His autem repugnãt deducta infra in c. 5. in 9. fallentia, nu. 17. vbi vide.

Valde autem restringitur hæc conclusio per Bellame. in decis. 684. ver. sed dico, vt scilicet procedat quando con-
48 fitens id super quo disponere nequit, concurrat tertij præiudicium, & secus sit in præiudicium ipsius confitentis, vt tunc valida sit, & præiudicet, vt rursus firmat in conclus. 691. in 7. fallen.

Sed vbi sumus in beneficialibus: Aduersarij confessio nõ sufficit ad probãdum titulum. Boeri. in decis. 89. num. 2. latius in decis. 293. vbi vide Franc. Mar. in decis. 430. nu. 6. Rota decis. 19. in princ. de restitut. spolia. inno. & ibidem

decis.

decis. 17. sed bene sufficit ad colorandum titum. Vide Cassado. in decis. 8. nub. 6. de restitut. spoliato.

49 His proximum est quod sola partis confessio non sufficit in casibus, in quibus verus actus requiritur, etiam si medio iuramento vallata fuerit, Pedem. decis. 170. nu. 9. vbi alij cumulantur.

50 Et licet confessio præiudicet confitenti quo ad probationem, non tamen obligat confitentem. Bellamer. decis. 692.

51 Et confessio contenta in instrumento non prodest, neq; nocet tertio, qui in illo non nominatur, vt ex multis firmat Ias. in consil. 36. col. 2. lib. 3. vrgentibus ibi motus rationibus, quas videre poteris. Et Crauet. de antiquit. tempo. par. 1. §. propositum, num. 22. & seq. Afflict. decis. 245. num. 11. Rube. Alexandri. in consil. 78. num. 6. Marcabru. cons. 29. num. 12. Vide tamen in num. 26. & pluribus seq. vbi latè ad materiam. Mascar. in conclus. 360. num. 3. & seq. & conclus. 372. de probationi.

52 Plus voluit Bald. quod nulla scriptura extra iudicium facta probet nisi inter illos, qui eam celebrarunt, vel fieri mandarunt, vt refert Iason. in l. admonendi, numer. 157. propè fin. de Iureiuran. Thobi. in consil. 27. numer. 10.

Attamen negari nequit quin faciat quale quale pręiudicium, vt per Rot. in decis. 9. num. 6. in 2. par. diuerso. vide Marcabrun. in cons. prædicto. 24. num. 33.

53 Hinc quęro an confitens se alicuius hæredem ad instantiam vnius huiusmodi confessio sibi præiudicet quo ad alios? Et pro negatiua est tex. in l. final. de interr. action. vide Vrsill. ad Afflict. in decis. 150. num. 17. & seq. Et faciunt notata supra num. 20.

Quid si cum aliquo litiges vti cohærede, qui verè non est an talis confessio præiudicet? Franc. decis. 60. numer. 18.

54 Quinimo nec confessio facta in vno iudicio ad vnum finem, nocet in alio ad alium effectum etiam inter diuersas personas. Riminald. Sen. in consil. 272. numer. 20. & sequen.

quen. lib. 2. vbi licet loquatur de confessione facta in verbis narratiuis, & enunciatiuis, prout etiam loquitur: Capit. decis. 71. numer. 3. versic. Pro Actore dicebatur. Tamen Riminald. ibid. num. seq. 22. idem firmat in confessione facta principaliter, & etiam in nu. seq. Caputaq. decis. 207. numer. 4. par. 2. vide infra in cap. 3. artic. 1. num. 7. & sequen.

Notatque Baldus in l. final. in princip. de inter actio. quod confessio non nocet confitenti respectu eorum, quos iudicium non tangebat, quod & replicat in breui eiusdem l. repetitione. Vide Felin. in cap. causam quæ numer. 23. versic. cum autem confessio de testib. Abb. in c. quamuis num. 4. de re iudi.

Quod ampliat. Ias. vt procedat, etiam si confessio sit iurata in cons. 36. col. 2. vers. sed præmissis & vers. seq. lib. 3. vide infra num. 83.

Oppositum notat, Dec. in. l. 2. numer. 62. versic. &
55 prædicta distinctio: C. de Eden. Asserens quod confessio nocet, siue ad eundem, siue ad diuersum finem agatur. Clar. de communi. in practic. crimin. quæst. 54. versic. Sed quid si exhibeatur. Soarez inter communes, super verb. Confessio propria, numer. 233. Abb. in cap. per inquisitionem, numer. 12. de electio. Alex. consil. 13. num. 1. lib. 1. Cephal. consil. 100. numer. 17. lib. 1. Ruin. consil. 161. numer. 10. lib. 4. & consil. 19. numer. 4. lib. 5. vide Bellamc. decis. 3. Miscell. decis. 300. quæ incipit. Lunæ 13. Octobris in manu scriptis. Guid. Pap. decis. 254. Cagnol. in l. 2. numer. 128. C. de Eden. Rota decis. 8. in fin. de testamen. in antiq. Vide infra in capit. 3. num. 33. versic. facta in iudicio ciuili articul. 1. & vide Franc. in decis. 60. numer. 6. & 7. Bero. in consil. 201. numer. 1. lib. 3. Purpurat. consil. 366. num. 5. lib. 1.

56 Et Afflict. in decis. 83. numer. 4. affirmat ex plurium, & grauissimorum patrum auctoritate quod confessio facta in instrumento partibus præsentibus semper facit fidem contra eas etiam in alia instantia: & ad alium effectum.

Capu-

Caputaquen. decis. 58. In eadem, coram eodem. lib. 1. in manu scriptis, & decis. 290. numer. 1. & 2. par. 1. in impressis a qua sententia taliter fulcita non est recedendum?

Et saltim quoad alios iudicials confessio semiplenè probat Ruin consil. 21. num. 3. lib. 1.

Quod tamen intellige quando sit principaliter facta & secus si incidenter ad corroborationem alicuius contenti in instrumento, quoniam probat quoad ipsas partes, vt standum sit confessioni ex præallegatis. Et si postea contingat in dubium reuocari id, quod incidenter in instrumento assertum fuit, & de eo principaliter agi, tunc talis confessio non præiudicat ex deductis per Decian. in consil. 33. num. 68. lib. 1.

57 Aduertas autem quod si contra iudicialem huiusmodi confessionem sit iudicatum, tunc fatenti non præiudicat, potestque confitens illi contrauenire. Iacobi. in l. Magistratus in secunda lectur. numer. 9. de iurisdict. omnium iudic. Natta consil. 505. numer. 9. lib. 3. Felin. in capit. qualiter, & quando §. ad corrigendos, numer. 47. de accusation. Caputaquen. decis. 116. quæ incipit. Interdonen. lib. 1. in manu scriptis. Alexand. in l. 2. numer. 27. C. de Eden. Mascard. conclus. 348. numer. 13. & 29. Marsil. in practic. crimin. §. postquam, numer. 11. Bossi. in sua practic. in titul. de confess. numer. 42. Folleri. & ipse in sua practic. criminal. §. Et si confitebuntur, numer. 40. Purpurat. in l. 2. num. 130. C. de Eden. Diuerso. decis. 310. in discursu ibi apposito, num. 2. par. 2.

58 Communis etiam est sententia quod confessio facta in instrumento etiam in enunciatiuis semiplenè probat in fauorem absentis ex doctrina Bartol. passim recepta, de qua Ripa in l. admonendi, numer. 154. de iureiur. vbi numer. 155. reuocat in dubium, quod videatur plenè probare per tex. in l. desiderium. C. deposi. qui (vt inquit) multum pro hac sententia stringere videtur, vt etiam asseriti Ias. ibidem numer. 158. versicul. extrà ca-

sum

sum vbi laborat super eius l. intellectus, Videque Paul. in consil. 92. numer. 5. lib. 2. & Bal. Nouell. de dote par. 6. priuile. 78. colum. 1. vers. super quo aduertendum. & Mascl.in Rub.C.de probat.nu. 19..tenuit, vt plenè probet contra confitentem.

59 Et vbi est iurata omnibus etiam absentibus prodest. Bursat. in cons. 118. num. 3. lib. 1. ad decis. Ianuen. 172. num. 7. & 8.

60 Est etiam notandum, quod vbi aliquis est contrahere, vel alienare prohibitus, eius confessio, vel assertio nihil releuat, vti emanans in fraudem prohibitæ dispositionis ad Socin. in cons. 242. num. 15. lib. 2. Aym. cons. 175. num. 2. Tiraq. post ll. Connub. nu. 106. & 108. in glo. 3. Crescen. decis. 2. de confess. & in id faciunt aducta supra num. 33. in vers. & vbi sumus. Rimi. Iun. cons. 342. nu. 72. lib. 3. Pute. decis. 7. quæ incipit. Die. 7. Februarij. lib. 3. in manu scriptis. Tiraq. in glos. 3. post ll. Connubia. num. 108. Afflic. decis. 209. colum. final.

61 Vbi autem talis assertio, vel confessio esset verisimilis, faceret probationem quoniam verisimilitudo cessare faceret contrariam suspitionem, Rimin. Iun. in cons. 383. num. 21. & seq. lib. 4. & ibid. cons. 379. num. 14. 15. & seq. faciuntq; notata supra num. 37. Alciat. præsumpt. 16. nu. 3. regul. 1. Aym. cons. 40. num. 4. & cons. 202. num. 48.

62 Prout suspitionem cessare facit concurrens aliquod adminiculum. Rolan. cons. 90. num. 12. & pluribus seq. lib. 2. Quamplura more suo cumulat. Tiraq. in l. si unquam. super verb. donatione largitus. num. 101. & pluribus seq. C. de reuoc. donat. Menoc. consil. 1. num. 10. lib. 1. & cons. 154. num. 17. lib. 2. Alciat. in præsumpt. 16. num. 3. versic. Confirmatur. reg. prim. Bursat. cons. 32. num. 31. lib. 1. Achil. decis. 1. de confess. Moedan. decis. 202. Hannib. Maritus. in manu scriptis. Gabrieli. de iure doti. conclus. 4. num. 4. vt puta si esset iuramento vallata. Bursat. de communi in cons. 303. num. 23. lib. 3. conferunt notata in meo tract. de iuram. part. 4. effect. 40. num. 1.

63 Notabis autem quod confessio species est donationis

& is qui donare nequit, nec confiteri valet. Magoni.decis. Lucen. 13. num. 26.

64 Est etiam notandum quod confessio operatur quandoque litis contestationem, vt declarat Bart. viden. in l. 1. C. de lit. contestat. Et Socin. in l. non vtique.ff. de exceptio.

65 Quæro autem quid iuris, si quis fuerit confessus se recepisse mutuo centum ab Octauio, & rursus cum temporis interuallo fatetur ab eodem recepisse 100. ita quod non appareat ex verbis de identitate, vel diuersitate summæ, an intelligatur secunda confessio de eadem, vel diuersa summa: ita vt centum tantum, vel ducenta debeantur? Et Alex. l. Triticum, num. 8. post alios, quos ibi refert, de ver. oblig. concludit sola. 100. deberi, & confessionem intelligi de eadem: non autem de diuersa summa.

66 Vrget in oppositum idem. Alex. in consil. 4. num. 4. lib 1. vbi inquit communiter esse receptum, vt si quis in diuersis scripturis fateatur se debitorem scutorum 100. vt de geminata summa intelligatur: Applauditque Roma. in singul. 547.

67 Declara autem omnia præmissa, vt procedant, vbi confessio probetur per duos contestes, vt deducitur infra cap. 2. versic. Intellige suprascriptos, num. 54. lateque agitur de hac extra iudiciali confessione in decisione facta coram R. P.D. meo Penia, in vna Rom. Pecuniaria sub die 3. Martij. 1599. Cuius tenorem inserere libuit, habesque infra num. 78. & vide etiam in num. 81.

68 Quid si ab vno tantum teste probetur? factaque dicatur parte præsente? & in decis. Perusina 9. num. 17. firmatur vt faciat semiplenam probationẽ ex ibi deductis. Quod mihi non satisfacit: cum receptissima sit sententia, ad effectum, vt extraiudicialis confessio faciat semiplenam requiri vt probetur à duobus contestibus, vt latè deducetur infra cap. 2. post limitationes, num. 54. in vers. Intellige suprascriptas.

69 Valdeque notandum est quod confessio facta in scriptis plus operatur: quoniam deliberatè facta præsumitur, vt de-

ducit. Menoc. in præsumpt. 61. num. 1. & seq. lib. 2. tantique momenti est, vt in contrarium probatio non admittatur. vide Mascard. conclus. 382. de probation. De facta in literis, vel epistola, vide infra cap. 2. num. 24.

70 Et vbi quis aliquid fatetur sub fide aduersarij asserentis aliquid ita se habere, si assertio non sit vera, confessio non præiudicat. Rimi. Inni. in consil. 338. numer. 69. lib. 3.

71 Quæro statutaria dispositione sancitur, vt confitenti tale beneficiũ competat, vt potè diminutio pœnæ in tertia parte, Reus negauit, & antequam fisco, vel à parte aliquid probaretur reuocata negatione est confessus, an locus sit statuti beneficio? & locum fore asseruit. Afini. in sua praxi. §. 19. cap. 10. num. 6. vbi videas, & omnino. Ias. in l. sicut autem. §. quod autem, num. 6. 7. & seq. de re iudi. & Riminald. Iuni. in cons. 245. num. 39. lib. 3. & num. 60. Felin. in cap. de hoc, num. 5. de Simoni.

72 Quid e conuerso? Pœna infligitur à statuto contra negantem, Titius ad respondendum monitus negauit, & antequam aliquid probatum sit in contrarium est confessus contenta in positionibus esse vera, an sit locus pœnæ statutariæ ob illam negationem, & pro negatiua concludit Asini. ibid. num. 1. & 2. faciunt notata per Rimi. Iuni. in cons. 245. num. 60. lib. 3. & per Ias. in d. §. quod autem, num. 6. & vide notata infra in cap. 3. in fine.

Pro affirmatiua vrgent relata per Lancelot. de attenta. par. 2. cap. 12. limit. 15. in fin. nu. 11. quæ magis placet vbi pars ob negationem non fuerit in aliquo grauata ex notatis infra in cap. 3. artic. 3. in fine.

73 Est etiam notandum quod confessio qualificata operatur inter cætera, vt pœna sit mitiganda, nec sit locus pœnæ ordinariæ, ex communi Doctorum calculo, vt per Pedemon. in decis. 60. num. 9. & Bursat. in cons. 77. num. 25. lib. 1.

74 Litigauit Pompeius cum Cæsare, duasque conformes fauorabiles sententias reportauit, & rem iudicatam, post iudicatum Pompeius est confessus sententias fuisse, & esse iniquas,

quas, quęritur an huiusmodi cōfessio etiam, reiterata rei iudicatę, tollat effectum? Discutit huiusmodi quæstionem. Bero. in cons. 30. num. 38. & seq. lib. 2. & destinguit, an sententia verè sit iniqua, vel saltem de eius iniquitate dubitari possit, & tunc confessio poterit operari, sed vbi liqueret de eius iustitia confessio non attenderetur.

Dictum est supra in huius capitis initio, quod confessus
75 pro iudicato habetur. l. 1. ff. & C. de confess. Declara primum id procedere respectu ipsius confitętis, at non respectu tertij, cui alterius confessio præiudicare posset, vt per adducta per Bero. in cons. 211. num. 14. lib. 3. Declara & 2. vt non procedat etiam quod confitentem, si de confessionis errore doceatur Bero. ibid. num. 15.

76 Nec insulsa est dubitatio, an si minor confessus fuerit aliquid sibi præiudiciale, ex hoc tantum dicatur læsus? ita vt alia læsionis probatio non requiratur? Discutit hanc quæstionem Gabrieli. in concl. 3. de minorib. vbi destinguit ex mente. Alex. quem ibi refert, quod aut apppareret de læsione ex ipsamet confessione, vt puta quia fassus est se fideiussisse, & tunc læsio satis est apparens: Et secus esse vbi ex sola confessione damnum, aut præiudicium non sequatur, ibi vide, & Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 36. artic. 9. numer. 64. par. 2. quæst. 65. artic. 7.


77 Principis autem confessio probat contra ipsum, & eius hæredes etiam facta absente parte, ex congestis à Mascar. in conclus. 376. vbi plura congerit ad materiam, de probationi. Ruin. in cons. finali. num. 7. lib. 1.

TENOR DECISIONIS

Factæ coram R. P. D. meo Pensa,

In causa Romana Pecuniaria sub die Veneris 3. Martij 1599. quæ citata supra num. 67.

Decisio Rota.

78 N iudicio quod introduxerat D. Honufrius Nucarinus contra Hæredes Matthiæ de Blanchis coram A. C. super eo, quod prætendebat fructus, & omnes prouentus, ac quotidianas distributiones, quas singulis mensibus recipiebat ex beneficiatu Sancti Petri, quem sibi Matthias resignauerat de anno 1580. vsque ad annum 1589. eidem Matthiæ Auunculo suo, in cuius domo morabatur tanquam depositum consignasse, sententiam fauorabilem reportauerat, per quam dicti Hæredes condemnati fuerunt ad restituendum Honufrio scuta 2558. Causa commissa in Rota dubitaui, an sententia esset confirmanda, vel infirmanda? Et quia die 19. Decembris. 1593. placuerat Dominis causam concordari, & litigantes quamuis consanguinei concordiæ acquiescere noluerunt, die 3. Martij causa iterum proposita, Domini censuerunt sententiam reuocandam. Licet enim probata videretur Matthiæ confessio extraiudicialis de consignatione pecuniarum sibi per Honufrium facta, ex testificatione primi testis iuxta 28. & 34. Interrogat. & tertij iuxta 20. asserentium audiuisse Matthiam dicentem, che misser Honofrio li portaua sino all'vltimo quatrino delli frutti, & ogni cosa di detto beneficiato. Et quartus ad vigesimum, che Honfrio li daua tutte le mesate di San Pietro sino ad vn giulio, & che ad ogni principio di mese gli li por
79 taua à casa in vn fazoletto. Cum in omni materia quantumuis

tumuis ardua testes contestes regulariter sufficiant. Rota decis. 5.nu.3. de rescript. in nou. Et tamen insufficiens iudicata fuit: quoniam confessio extra iudicium parte absente facta non facit probationem contra confitentem l. certum §. si quis absente.ff. de confess.l.final.de inter. action. Gabrieli.de confes. conclus. 1. num. 1.

Quod eo magis amplectendum videbatur, ex quo non agebatur de confessione liberatoria, sed condemnatoria: in qua stictè est procedendũ præsertim cum testes de confes-
81 sione Matthiæ deponentes non essent contestes de loco, & tempore, quod interuenire oportebat in probanda extraiudiciali confessione, ad effectum vt faceret aliquam probationem. Castren. cons. 296. Incipien. visis actis, num. 3. lib. 1. & consil. 155. num. 2. lib. 2. Ant. de But. in cap. licet ex quadam, num. 8. de testib. Alex. consil. 39. num. 8. lib. 5. Ias. in l. admonendi, num. 212. de iureiu. Corne. in cons. 78. num. 8. lib. 3. Cur. Seni. cons. 55. num. 23. Affict. decis. 364. num. 4. Parisi. consil. 60. num. 45. lib. 4. Et hanc sententiam seruat Rota, vt per Pute. decis. 476. lib. 2.

Dicebant etiam huiusmodi dictum Matthiæ asserentis Honufrium sibi morigerum, & gratum in consignatione pecuniarum, non tam fore cẽsendam verãm confessionem quam commendationem potius & collaudationem, quæ non solet inducere obligationem, l. quod venditor ff. de dolo. l. sciendum.ff. de Aedili. Edit. l. & quæ ff. de contra. emptio. Cum non emanauerit principaliter ad confitendũ
82 receptionem pecuniarum, sed incidenter, & propter aliud. quo casu confessio non facit probationem, cap. fin. vbi Docto. de success. ab intest. Salicet. in l. generaliter, num. 10. quæst. 7 vers. Aut dispositionem expressam non habent. C. de non nume. pecu. Afflict. decis. 105. num. 3.

83 Quæ confessio ad vnum finem facta regulariter non operatur ad alium Bald. in Auten. Nouo iure in fi. C. de iudi. qui male iudica. Præposi. in cap. super eo in 3. nota. de eo qui cogno. consanguin. Vxoris suæ. Deci. in cons. 310. num. 14. Achil. decis. 4. num. 4. de confess.

84 Supra-

84 Supradictis addebatur quod nec de iure Canonico probat confessio extraiudicialis incidenter, aut sine causa facta Alexan. consil. 155. numer. 2. lib. 1. in casu proposito satis videbatur sine causa facta ex quo nihil erat quod Matthiam obligaret ad confitendum.

Quibus non obstat obiectio de geminatione confessio-
85 nis factæ per Matthiam super receptione quasi tunc cum sit geminata etiam si fiat incidenter plenè probet. Aym. de anti. tempo. par. 1. § propositum, numer. 31. Felin. in cap. si cautio. numer. 39. de fide instru. quoniam respondetur id fortassis locum habere posse, si geminatio esset plenè probata. Grat. consil. 2. numer. 59. lib. 2. In hoc autem themate quoad geminationem non adest probatio per testes, qui sint contestes.

Rursus quamuis probata fuisset geminata confessio Matthiæ, & ipsa faceret probationem. Grat. conf. 143. num. 8.
86 lib. 2. Tamen non procedit quando est imperfecta. Grat. ibid. num. 22. vers. Nec obstant adducta in contrarium.

De imperfectione verò satis hic apparebat, ex quo erat confessio extraiudicialis, incidenter facta, & ad alium finem, parteque absente, & sine causa emissa.

87 Tot autem specialia confessionis geminatio supplere non potest. Neuiza. in conf. 78. num. 32. Franc. Becci. conf. 28. n. 12. & seq. Grat. conf. 143. n. 18. & seq. præsertim in odiosis, & quādo non agitur de liberādo, sed de obligando. d. conf. 143. n. 21. Rimi. Iun. in conf. 518. n. 65. lib. 5. Grat.

Supradictis accedebat, quia licet legitime probatū esset Matthiam recepisse singulis mensibus ab Honufrio nepote pecunias ex beneficiatu peruenientes, non tamen depositi nomine, sed ratione sumptuum, & expensarum, quas Matthias longo tempore, & vsque ad discessum Honufrij ab eius domo fecerat, recepisse censebatur; Cum enim Matthias Honufrium à puero educasset, illius matrem, & fratrem aluisset, pluresq; sorores honesto matrimonio cum competenti dote collocasset, beneficiatum S. Petri valoris ducatorum 300. Honufrio renunciasset, & alia plura in illum beneficia contulisset. Ideò Honufrius ob præcedentes

88 causas

88 causas in signum gratitudinis, quam omnes benefactoribus exhibendam iubent, eas rependisse putabatur l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Ruin. in cons. 61. num. 9. lib. 1. Vnde cum dederit naturaliter debitum nam est locus in-
89 debiti repetitioni. Bero. cons. 56. num. 10. & 12. lib. 1. Postremò multum Dominos mouit factum Honufrij, qui viuente Matthia nunquam petijt pecunias, quas depositi nomine ei tradidisse prætendebat, Quinimo cum Matthias postquam Honufrium e domo sua exire iusserat, in iudicio illum conuenisset ad solutionem pensionis, quam sibi super beneficiatu resignato reseruauerat, Honufrius non modo non opposuit de prætenso deposito, quinimo soluit ei
90 pensionem, vnde oriebatur præsumptio satis verisimilis, quod Matthias non erat debitor soluentis. Ancara. consil. 434. circa medium, quem refert, & sequitur Crauet. cons. 129. num. 8. in fin.

91 Nam cum potuisset exceptionem compensationis allegare, ex quo illam non allegauit, præsumitur id fecisse, quia re vera creditor non erat. Egidi. cons. 10. num. 41.

Atq; ex his conclusum fuit sententiam A.C. veluti iniustam fore reuocandam, quia non iustificatur ex actis probatorijs. Putc. decis. 201. lib. 1. Chisan. decis. 179. Accoramb. decis. 37. lib. 1. Hactenus Rota.

Et quia in suprascripta decis. nonnulla dicuntur pertinentia ad materiam geminationis, prout in num. 85. & seq. latius de ea tractabitur infra in seq. cap. 2. nu. 14. & seq.

SVMMARIVM.

1 *CONFESSIO extraiudicialis absente parte facta non probat.*
2 *Parte præsente facta probat.*
3 *Etiam facta in iudicio parte absente non probat.*
4 *An sufficiat partis præsentia, & num. 69. & seq.*
5 *Quid de facta in precibus parte absente? & num. 10.*
6 *Regula procedit quoad plenam, secus quoad semiplenam probationem.*
7 *Habes oppositum. Videas.*
8 *In criminalibus facit indicium ad torturam.*
9 *Scienter facta super falso præiudicat.*
10 *Facta in precibus probat etiam in verbis enunciatiuis, & procedit etiã si rescriptũ in quo facta est reprobetur, vel contraria sententia feratur.*

11 Iurata

11 Iurata plenè probat.
12 Probat etiàm si concurrant coniecturæ.
13 Etiam facta à minore, vel muliere.
14 Geminata probat etiam extraiudicialis, & parte absente.
15 Geminata tollit exceptionem rei non traditæ.
16 Quando geminata dicatur? & num. 17. & seq. & nu. 20. vbi etiam quod geminatio non debet operari plura specialia.
21 Quid operetur confeßio in Spiritualibus, & Ecclesiasticis, & nu. seq.
23 Quid vbi agitur de fauore piæ causæ? & quid in causa matrimoniali? num. 22.
24 Quid in causa criminali? & num. seq.
26 Non probat contra Clericum, nisi sit infamatus
27 Facta ad alium liberandum probat. Vide in nu. 28. & seq.
30 Confeßio extraiudicialis attenta æquitate Canonica probat, & nu. seq.
32 Intellige quoad verba dispositiua.
33 Probat in his, quæ à mera confitentis voluntate dependent.
34 Quid de confeßione facta in literis, vel epistola? & num. seq.
36 Quid de facta in instrumento?
37 Quid si alius acceptat nomine absentis? etiam sine mandato, & nu. seq.
39 Quid de confeßione Mercatoris notata in suis libris?
40 Quid de tacita renunciatione?
41 Dotis fauore probat.
42 Probat in his quæ tendant ad exonerandam conscientiam.
43 Facta in vltima voluntate parte præsente.
44 Admittitur ad probandam execrabilitatem.
45 Et vbi non tendit ad obligandum confitentem, sed ad alicuius scripturæ approbationem.
46 Mutuum probat lapsó biennio.
47 Quid si facta sit calore iracundiæ, et non reuocata?
48 Facta in foro pœnitentiali probat.
49 Fallit si facta sit in precibus porrectis in sacra pœnitentiaria.
50 Quid de facta super iure reali?
51 Probat si emana ad declarationem præcedentis actus dubij.
52 Si facta est coram populo.
53 Idem si fiat coram Principe.
54 Præmissa procedunt vbi confeßio probetur à duobus contestibus.
55 An confeßio probetur à testibus singularibus? & nu. 59. & 62.
58 Quid de duabus confeßionibus absente parte factis? & num. seq. Et quid si vnus deponat de veritate facti, & alius de confeßione, & num. 59.
60 Quid si testes deponant de eodem facto, sed discordent de loco? & numer. seq.
65 Quando parte præsente facta dicatur?
66 Acceptatio requiritur, alias confeßio non præiudicat, & num. seq.

68 Et

68 *Et procedit tam in Ciuilibus, quam in criminalibus.*
69 *Quid vbi Notarius pro absente recipit?*
70 *An sufficiat sola præsentia? & num. seq.*
72 *Confessio non attenditur si est inuerisimilis, vel impossibilis, num. 73. Nec vbi facti euidentia repugnat, num. 74.*
76 *Nec vbi fiat inter personas prohibitas.*
77 *Patris confessio non præiudicat filio quoad legitimum, & num. seq.*
79 *Verisimilis attenderetur, & num. seq. Vel si est adminiculata, num. 80. & seq. Et licet non probet facit adminiculum.*
81 *Intellige de confessione principaliter facta, secus si incidat.*
83 *Confessio non probat veram numerationem, & num. 74. & seq.*
87 *Liber Mercatoris facit fidem pro tertio contra tertium.*
88 *Confessio de recepto probat si est adminiculata, & num. 119. & seq.*
90 *Coniecturæ debent plenè probari.*
91 *Sola debitoris confessio alijs creditoribus non præiudicat.*
92 *Fallit si est geminata.*
93 *An sola creditoris confessio quod sit satisfactus à fide iussore sufficiat, vt is agere possit per releuationem.*
94 *An sola receptæ dotis confessio, constante matrimonio facta à Marito præiudicat creditoribus.*
95 *Regulariter simplex confessio recepta dotis non probat, & num seq.*
96 *Præsumitur talis confessio constante matrimonio facta animo donandi, præsertim facta Nobili à Rustico, vel adolescentulæ à sene.*
97 *Præsumitur etiam simulata, & facta in fraudem, num. 98. & num. 104. Factaque sub spe futuræ numerationis, num. 99.*
100 *Etiam si facta sub medio iuramento, & partes iurassent omnia, & singula fuisse, & esse vera, & nu. seq. vbi declaratur, & nu. 110. & seq.*
103 *Refert an facta sit ante contracta debita.*
104 *Præsumptio fraudis procedit respectu eorum, qui tunc aderant creditorum, secus quoad futuros.*
105 *Fallit in confessione geminata.*
106 *Et vbi renunciatum sit exceptioni non numeratæ dotis. Vide in num. seq. Declaratur num. 108.*
109 *Creditores excipere valent de non numerata dote, etiã si maritus taceat.*
110 *Cessat exceptio per lapsum temporis ad eam opponendam.*
111 *Quid si lapsi sint anni 10. & maritus semper tacuerit, an noceat creditoribus?*
112 *Lapsus temporis obstat, cum confessio emanauit ante contractum matrimonium.*
113 *Quid si vltra lapsum temporis Maritus vxori præstitit alimẽta, & n. seq.*
116 *Fallit quando etiam pars se fundat in eodem instrumento, vbi facta est confessio.*
117 *Fallit quando confessionem præcedit dotis promissio.*

118 *Quid ubi præcedit promißio, & ante confeßionem receptæ dotis Maritus debita contraxit.*
119 *Fallit si Maritus dotem à tertio recepisse fateatur, & num. seq.*
121 *Quid si confeßio facta sit in instrumento guarentigiato? & numer. sequenti.*
123 *Quid si confeßio facta fuerit in iudicio?*
124 *Quid si talis confeßio sit in parte vera? & num. seq.*
126 *Argumentum à veritate partis ad totum quando procedat?*
127 *Iuramentum in materia suspecta reddit confeßionem magis suspectam.*
128 *Fallitus ergo fraudator.*
129 *Fallit ubi confesio sit verisimilis, & quando cum ipsa confesione admi-*
130 *nicula concurrunt*
131 *An creditoribus ex capite ignorantiæ detur in integrum restitutio.*
132 *Renunciatio exceptioni facta à Marito an noceat creditoribus.*
133 *Mariti confesio fraudolenta nocet sibi agenti ad dotem, secus si excipiat aduersus hæredes vxoris eam repetentes, si vxor in fraude participauit.*
134 *Quid iuris in dote confessata in vltima voluntate?*
135 *Quid ubi creditores doceant tantum de credito confessato?*
136 *Vbi confesio præcedit matrimonium, & renunciatum est exceptione non receptæ dotis, nocet Creditoribus.*
137 *Quid si Maritus in publico instrumento dotem habuisse fatetur, & renunciauit exceptioni, & postea socer se obligat ad soluendum?*
138 *Si confesio respiciat bona immobilia probat.*
139 *Licet confesio facta constante matrimonio non valeat, morte confirmatur.*
140 *Fallit si excedat summam 500. aureorum. Quid si sit iurata? num. 141.*
142 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium opponenda, & numer. seq.*
143 *Quid de iure Canonico?*
144 *Etiam lapso biennio potest opponi, si excipiens probare volet, & nu. seq.*
145 *Etiam non obstante iuramento.*
146 *Quid si iuratum sit verè, realiter, & cum effectu recepisse? & nu. 147. & seq. vel se tunc recepisse?*
149 *Quid si confesio facta fuerit in actis?*
150 *Quid si Campsor pro confitente soluere promisisset?*
151 *Quid si exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatur? & num. seq.*
153 *Quid si renunciatum fuerit cum iuramento? & num. 141. & 159.*
154 *Regula procedit seu confesio fiat in instrumento publico, siue in cedula priuata.*
155 *Etiam si fatetur recepisse, sed pro habenda pecunia pignus dedisse.*
156 *Proceditque non tantum in pecunia, sed omni alia re confessata pro habita.*

157 Habet-

Caput Secundum.

De Confessione Extraiudiciali in causis Ciuilibus; Nam quid operetur in Criminalibus videbitur infra in cap. 3. artic. 2;

1 TRIVIALIS est regula, extrà iudicialem confessionem absente parte factam non probare. multa in id congerit Gabriel. conclus. 1. de confes. & Seraph. de priuileg. iuram. in priuileg. 39. Mascard. conclus. 347. in princ. de probat. Rota decis. 18. num. 1. de probatio. in antiq. Soar. inter omnes super. vers. confessio extraiudicialis nu. 225. Bero. cons. 95. num. 4. lib. 3. & habes supra in cap. 1. num. 10.

2 Parte autem præsente, & acceptante plenè probat. ad Deci. consil. 146. num. 3. Duenn. reg. 119. in princ. Alex. cons. 147. num. 14. lib. 2. Aym. cons. 287. num. 1.

3 Ampliatur prædicta regula, vt procedat, etiam si facta esset in iudicio, quoniam absente parte non præiudicat. Alex. cons. 20. nu. 2. lib. 4. cum aliis de quibus Mascar. conclus. 347. num. 7.

4 Et an sufficiat partem esse præsentem, vide infra, num. 70. vers. An sufficiat.

5 Quid si facta fuit in precibus, & parte absente? dicas præiudicari confitenti, etiam inter alias personas. Pedem. decis. 138. num. 3. Amplia, vt procedat etiam in verbis enunciatiuis, vt infra num. 10.

6 Primùm intellige regulam procedere quoad plenā probationem, secus autem quoad semiplenam, iuxta communem, de qua Ias. in l. admonendi. num. 158. de iureiur. Affl. decis. 12. num. 2. vbi Vrsill. in addit. in princ. de communi idem Afflict. decis. 337. num. 6. & decis. 364. num. 4. & in decis. 375. num. 8. Alciat. in. præsumpt. 21. num. 9. reg. 3 Gabriel. de confess. in conclus. 1. num. 2. Bursat. in cōs.

2.num.12.lib.1. Viui. in conl. post opinió.459.num. 19. vbi de communi. Mascard. de probationi. conclus.346.nu. 26. & conclus.348.num.2. & 24.vbi de communi,& num. 25. & seq. Marsil. singul.202.vers.& scias etiam. Crescen. decis. 1. num. 1. de confess. & decis. 2. in princ. de iudici: Vide decis. Ianuen. 159. num. 6. & decis. 199. num.5. Perusin. decis.9. num. 1.

7 Imò magis communis est sententia vt in ciuilibus nihil probet, teste Mascard. in conclus. 346. num. 6. & vide notata, num. 9. vbi contradicit Marsil. in Rubri. C. de probatio. num. 89. Roma. cons.291.num.9. Imò facit qualequale præiudicium. Bero. cons.99. num.8.lib. 3.

8 Facit autem in causa criminali indicium ad torturam. Roma.in cons. 8. num.1. & cons. 451. num. 2. Vide infra nu. 24. in 6. limitat. Licet Mascar. in conclus. 347. num. 8. nonnullos adducat in contrarium, & alios citet in confirmationem.

9 Et notabis quod scienter facta confessio super falso præiudicat confitenti, vt habes per Ançara. in quæst. 56. num. 2. par. 1.

10 Facta autem in precibus plenè probat etiam in verbis enunciatiuis. Caputaq.decis. 220. num.3. & 4. par. 2. vide supra num. 5.

Et procedit etiam si rescriptum in quo facta est reprobetur. Mascar. conclus. 368. in princ. de probatio. Vel feratur contraria sententia. Mascar. ibid.num. 3. vide supra cap. 1. num. 57.

11 Limitabis primo, magniq; ponderis est fallentia, vt non procedat, quoties confessio fuerit iuramento vallata quoniam tunc plenam faciet probationem, ad Gabrieli. in conclus. 1. num. 41. de confess. cum alijs congestis in meo tracta. de Iuram. par. 4. in effect. 214. quæ ibi vide, ne eadem repetantur.

12 Limitatur 2. quando cum extraiudiali confessione aliæ coniecturæ concurrunt: quoniam plenè probaret etiam in causa criminali: Socin. Iuni. cons. 90. num. 6. lib. 2. Pute. decis. 5. de confess. in manuscript. Mascar. conclus.

350. num.

350. num. 38. decis. Pisana 12. num. 47.

13 Quod amplia vt procedat etiam si confessio facta fuerit à minore, vel à muliere sine solemnitate; nam adhuc si admi nicula concurrant, probat Achil. decis. 1. de confess. & sequuta est Rota coram Illustriss. D. meo Blanchetto in vna Romana domus sub die 27. Martij 1577. me informāte pro Illustriss. D. meo. Card. Sanctacrucio.

14 Tertio limitatur si confessio est geminata, quando tunc probat quantum iudicialis. Ias. in l. tale pactum, num. 3. ff. de pact. Decian. cons. 163. num. 2. Marc. decis. 866. num. 10. & 12. Ruini. cons. 18. num. 3. lib. 2. Felin. in cap. si cautio. num. 30. de fide instru. Parisi. cons. 120. num. 6. lib. 1. Curti. Iun. consil. 168. num. 9. Gabrieli. conclus. 1. num. 59. de confess. & concl. 3. ibid. Parisi. decis. 9. num. 3. & seq. cum congestis à Mascar. in conclus. 347. num. 22. vbi nonnulla opponit, & num. 37. Ac in conclus. 348. nu. 28. Rumi. Iun. cons. 23. num. 392. lib. 1. & in cons. 480. num. 8. & seq. lib. 4. & nu. 19. Felin. in cap. de hoc, num. 3. de Simon. Marsil. in Rubri. C. de probatio. num. 91. Ianuen. decis. 128. num. 3. Afflict. decis. 164. num. 3. Vide supra in cap. 1. num. 85. & seq.

Et geminata confessio quamuis extra iudicium, & absente parte facta facit probationem. Decian. in cons. 62. num. 55. lib. 3. Decis. Pisana 12. num. 46. Magoni. in decis. Lucen. 46. num. 9.

15 Facit enim huiusmodi geminatio confessionis cessare exceptionem rei non traditæ, & non numeratæ dotis. Mascard. conclus. 343. num. 52. & 53. Menoc. præsumpt. 12. num. 54. lib. 3.

16 Aduertas autem quod confessio geminata dicitur, quā-uis plures in eodem instrumento repetatur. Caputaq. decis. 328. num. 7. par. 2. Felin. in cap. si cautio. num. 44. de fide instr. Mascar. d. conclus. 347. num. 51.

17 Quod de pleno procedit, cum agitur de geminatione verborum. Ias. in l. 1. num. 34. & seq. ff. de offi. eius cui mandata est iuris. Pari. cons. 71. nu. 20. & 21. lib. 3. Caputaq. decis. 150. La seconda, num. 3. par. 1. cum congestis

stis à Tiraq. in l. si vnquam. super verbis reuertatur, num: 49. & 50. C. de reuo. donatio. Mascar. conclus. 31. num. 11. Vide Riminal. super institut. de donatio. in princ. num. 526. Habentur enim pro vnica tantum confessione. Caputaq. ibid. num. 3. Vide deducta infra in cap. 5. num. 8. & num. 4. & seq.

18 Sunt qui velint hunc geminationis effectum intrare, etiam si facta sit per verba enunciatiua. Mascard. conclus. 347. num. 44.

19 Et vt operetur etiam si confessio non fuerit acceptata. Ianuen. dicta decis. 128. num. 3. & Ruin. in cons. 72. lib. 4. asseruit tunc geminatam confessionem generare hunc effectum, cum facta est parte præsente, quod reprobatur in decis. Perusi. 9. num. 20.

Geminatio autem plura specialia non debet operari. Vide supra in cap. 1. num. 87.

21 Quarta datur limitatio in spiritualibus, & Ecclesiasticis, vt notat Ias. in d. l. tale pactum, num. 1. vers. 6. limit. ff. de pact. Aym. loquens de causa matrimoniali in consil. 281. num. 3. Gabri. de confess. conclus. 1. num. 63. Riminal. cons. 8. num. 19. lib. 1. Deci. cons. 163. num. 2. Mascar. conclus. 350. num. 19. & conclus. 392. vbi latè ad materiam de probatio. ibi vide, & infra cap. 1. artic. 1. num. 62.

22 Totum oppositum tenet Seraphi. de priuile. iuram. in priuile. 93. nu. 10. an autem, & quando confessio probet in causa matrimoniali, latè discurrit Menoc. quem videas in præsumpt. 1. lib. 3. Gabriel. de confes. conclus. 1. numer. 19.

23 Quinto limitatur fauore piæ causæ, ad Gabrieli. vbi supra, num. 64. Tiraq. de priuil. piæ cau. in priuil. 116. qui alios inducunt, nec non Mascar. d. conclus. 347. num. 93. Afflict. decis. 337. num. 7.

24 Sexta est limitatio in causa criminali, in qua confessio delicti licet extraiudicialis facit indicium ad torturam. Vt post glo. notat. Bar. in l. cap. 5. num. 1. de adulter. Guid. Pap. decis. 120. num. 2. Bellame. decis. 721. in princip. Iacobi. post alios, ab eo relatos in l. si filius, num. 8. ff. de probationi.

probationi. & in l. Magistratibus. in secunda lectura. nu. 7. de iurisdict. omn. iud. Viui. opinio. 138. num. 5. de communi. Alciat. in cap. cum non ab homine. nu. 98. de Iudic. Marsil. in pract. crimin. §. diligenter. nu. 76. Rota decis. 1. n. 2. de confess. in no. Socin. Iun. in cons. 72. num. 17. lib. 2. Bosi. in pract. crimin. in tit. de confess. num. 45. & 57. Foller. in sua pract. super ver. Et si confitebuntur. num. 22. Felin. in cap. At si clerici. num. 6. versic. fallit, primo de Iudici. & in cap. Olim. 25. num. 4. & 5. Vbi addit. super ver. Confessio. de rescript. & in cap. de hac. num. 1. de simon. & num. 4. vers. quinto limita. Imol. in d. cap. At si clerici. nu. 7. Rimin. in cons. 53. num. 2. vbi addit. lib. 1. Grammat. consil. ciuili. 59. num. 4. Chisanen. decis. 20. in manuscriptis. & Gabrieli conclus. 1. num. 53. de confess. Maran. in pract. in 6. par. in 5. actu iudic. num. 3. Mascard. in conclus. 346. num. 6. vers. in criminalibus, & conclus. 347. nu. 119. Nouell. in pract. crimin. in tit. forma conspicien. cadauera. num. 35. Ancara. quæstio. 1. num. 7. & quæstio. 5. num. 4. par. 1. Plura autem requiruntur, vt faciat hunc effectum & quod sit verisimilis, quod facta serio, sitq; specialis, non autem generalis, probataq; sit duobus contestibus, vt latè discurrit. Menoc. lib. 1. de præsump. quæst. 89. num. 17. & pluribus seq. lateque Felin. in cap. At si clerici. num. 6. de Iudici.

26 Fallit in clerico, qui nec præcedentibus inditiis torquetur, nisi sit infamatus. Felin. in d. cap. de hoc. num. 2. de simon.

27 Septima est limitatio cum confessio facta est ad alium liberandum Marsil. in Rubric. C. de probationi. nu. 90. & in singul. 202. in princ. Ruin. in cons. 120. num. 16. lib. 5. Iacobi. in l. cum de indebito. §. sed hoc vbi. num. 18. versic. sextò fallit. de probatio. Felin. in cap. si cautio. num. 7. de fide instru. cum aliis cumulatis à Gabriel. in d. conclus. 1. num. 22. de confess. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 121. Vide Mascard. in conclus. 347. num. 27. & 60. & conclus. 361. num. 56. Pute. decis. 12. in fine, quę incipit. Eadem die in vna. lib. 2. in manu scriptis. Bursat. in cons. 332. num.

10. lib. 3. Purpurat. conſ. 600. nu. 19. lib. 2. Crotus conſ. 254. nu. 8. lib. 2. Io. de Ami. in conſ. 119. nu. 18.

28 Huiuſmodi autem limitatio multos, & graues habet cõtradictores relatos ab eodem Gabriel. ibid. in verſ. Contrarium, patetq; ex deductis à Viuio. in opin. 138. num. 14. Quæ ſententia contra limitationem eſt receptior. Teſte eodem Gabriel. ibid. nu. 37. verſ. Tenendo ſecundam. Et vide Maſcard. in d. concluſ. 347. nu. 61. & ſeq. vbi ponit aliquas limitationes, & vide notata ſup. in cap. 1. num. 80.

29 Et an ſaltim transferat onus probandi contrarium in aduerſarium habes ibid. num. 27,

30 Octauo limita. vt non procedat attenta æquitate canonica, iuxta quam extraiudicialis confeſſio abſente parte facta plenam facit probationem, de communi Ruin in conſ. 120. n. 1. lib. 5. Iacobi. in d. §. ſed hoc vbi, in. l. cũ de indebito, nu. 18. verſ. quinto fallit, de probatio. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 46. Afflict. deciſ. 164. num. 4. Marſil. in Rubri. C. de probatio. num. 92. Seraphi. de priui. iuram. in priuil. 24. num. 7. & ſeq. Ianuen. deciſ. 171. num. 5. Rimi. Iuni. conſ. 23. num. 302. lib. 1. & conſ. 480. num. 14. lib. 4. & conſ. 488. num. 11. lib. 5. Burſat. conſ. 240. num. 5. lib. 3. Purpurat. conſ. 347. num. 6. lib. 1. Barbat. conſ. 41. num. 26. lib. 3. Ferret. conſil. 150. num. 16. Gramm. conſil. 116. num. 5. in ciuilibus, vbi inquit à tali opinione non fore in practica recedendum, atteſtans eſſe communem. Peruſin. deciſ. 9. num. 6. Cæphal. conſ. 435. num. 61. lib. 3. Villalo. inter communes ſuper verb. Confeſſio, num. 133. & ſeq. verſ. Fallit primo & verſ. ſeq. Maran. in 6. par. Iudici. nu. 19. in ſua pract. Maſcard. concluſ. 347. num. 12. & latius, num. 57. & ſeq. vbi plura congerit, & vti receptiorem ſequuta eſt Rota, vt habes in deciſ. 4. num. 1. in 2. par. Diuerſ. Magoni. deciſ. Lucen. 46. num. 10. Pute. deciſ. 12. lib. 2. in manuſcriptis. Hier. Gabri. in conſ. 71. num. 18. lib. 1.

31 Nec tamen deſunt contradictores, de quibus Gabriel. in d. num. 47. verſ. Contrarium in præſenti. Hancque contrariam ſententiam vti communem ſequitur. Aym. in conſ. 281. num. 6. verſ. Nec obſtat quod probat: Sed limit. rece-

ptior

ptior esse videtur, vt attestatur Mascard. ibid. num. 58.
32 Quod tamẽ declara, vt procedat in verbis dispositiuis, secus autem in enunciatiuis. Rimi. Iuni. in cons. 488. num. 11. lib. 5. Vide supra in cap. 1. num. 84.
33 Nuno fallit in his, quæ à mera confitentis voluntate dependent, quia tunc valet confessio etiam absente parte emanata. Iacobin. in d. §. sed hoc vbi, n. 17. vers. 1 quando in l. cũ de indebito de probatio. Gabri. in ead. conclus. 1. nu. 51. de Confess. Marsil. in d. Rubri. C. de probatio. nu. 93. Maran. in 6. par. in 5. actu iudicio. nu. 17. Mascar. conclus. 347. nu. 83. Imol. in cap. si cautio. nu. 15. vers. Fallit in pendentibus de fide instru. Ianuen. decis. 37. num. 10.
34 Decimo limitatur si confessio facta sit in literis, vel epistola; Iacobi. ibid. n. 17. vers. tertio. fallit. Gabrieli. vbi sup. num. 54. Capiti. decis. 71. nu. 1. Maran. in d. 6. par. in 5. actu Iudici, nu. 20. Mascar. d. conclus. 347. num. 104. & 117. & in conclus. 382. & infra in cap. 6. num. 42.
Declara id non procedere si contingat scribentem mori ante receptas literas ab eo, cui dirigũtur. Corset. super ver. Confessio, vers. si scribo. Mascar. d. conclus. 347. nu. 106. vel nisi mittens reuocet epistolam. Mascar. ibid. n. 104. in fine.
36 Vel facta fuerit in instrumẽto, quoniã plené probat. Mascar. conclus. 360. vbi latè, & in conclus. 347. num. 81. Alludunt notata infra in cap. 5. n. 13. vers. quinto fallit. Et vide sup. in cap. 1. num. 29. vel facta sit in apoca priuata: Mascar. d. conclus. 347. num. 117.
37 Vndecimo limita cum fit confessio ad fauorem absentis, sed præsente aliquo, qui eius nomine recipiat. Iacobin. in d. §. sed hoc vbi, l. cum de indebito, num. 18. vers. quarto fallit de probat. vt puta præsente fideiussore. Gabriel. d. conclus. 1. num. 58. de confess. Marsil. in d. Rubri. C. de probationi. num. 46. Maran. in d. 6. par. in d. actu Iudici. num. 18. Mascar. d. conclus. 347. num. 112.
38 Etiam si hic acceptans mandatum non habeat, ad Mascar. vbi sup. nu. 116. Imol. in d. cap. si cautio, num. 15. ver. Item fallit quando, de fide instr.
39 Duodecimo fallit in confessione facta per Mercato-

rem, aliquid adnotantem in suis libris ad fauorem tertij absentis. Iacobin. vbi supra, num. 18. vers. Quid si Mercator? Gabrieli. in d. conclus. 1. num. 55. de confess. Mascard. d. conclus. 347. num. 118. Imol. qui declarat in d. cap. si cautio. num. 17. de fide instru.

40 Decimotertio limitatur in renunciatione tacita, quia non requirit partis præsentiam. Gabrieli. ibid. num. 60. & seq. Vide Mascar. d. conclus. 347. num. 108. & seq.

41 Decima quarta est fallentia fauore dotis. Gabrieli. ibid. num. 38. & 65. Mascar. d. conclus. 347. num. 94. Magoni. decis. Lucen. 46. num. 19.

42 Decimoquinto limitatur in his, quæ tendunt ad exonerationem conscientiæ. Gabrieli. vbi supra, num. 67. Conferunt notata in meo tracta: de Iuramen. in 4. par. in effec. 211. num. 3. & seq. Socin. in cons. 90. nu. 4. lib. 2. Felin. in cap. Olim. nu. 8. de rescript. Tiraq. qui alios inducit, de priuile. piæ cau. in priuileg. 117. Cotta. in suis memorialib. super verb. Confessio potest. vers. imò plus in vltimis. Maran. in d. 6. par. in 5. actu iudic. num. 16. Marsil. in singul. 202. vers. est & alius. Mascar. d. conclus. 347. num. 99. & conclus. 360. num. 25. & seq. & num. 30. Diuer. decis. 685. num. 7. par. 1. Rimin. Iuni. consil. 480. num. 24. lib. 4. Felin. in capit. Olim, num. 8. in 7. Fallen. de rescript.

43 Decimasexta est limitatio vbi confessio fiat in vltima voluntate, parte præsente, & acceptante. Marsil. in Rubr. C. de probationi. num. 98. de quo vide infrà in cap. 8. num. 161.

44 Decimo septimò limitatur vbi agitur de probanda execrabilitate, vt firmauit Rota in decis. Putei. 6. de confes. in manu scriptis.

45 Decima octaua est fallentia cum confessio non tendit ad obligandum confitentem, ad aliquid, sed respicit approbationem alicuius scripturæ, ad Marsil. in d. Rubri. C. de probation. num. 95. & in singul. 202. vers. Item confessio. Thobi. in cons. 66. num. 10. Felin. in d. cap. si cautio. num. 28. de fide instru. Cur. Iuni. in cons. 168. nu. 10.

Rimi.conf. 126. num. 10. lib. 1. Pedemon. decis. 138. nu. 3. vers. quod maximè procedit. Aym. de antiqui. tempo. par. 1. §. viso de verbis, num. 44. & seq. Gabriel. d. conclus. 1. num. 50. de confess. Mascar. dicta conclus. 347. num. 31.

46 Decimonono fallit in confessione ex causa mutui, quæ lapso biennio probaret, secus autem intra biennium: quoniam tunc sola confessio non releuat, sed vera numeratio requiritur. Maran. in d. 6. par. in 5. actu iudici. num. 9. Mascar. in conclus. 346. num. 22.

47 Vigesima datur limitatio vbi confessio fiat calore iracundiæ, quæ non sit reuocata, sufficit allegare Mascard. in dicta conclus. 346. num. 20. Quod intellige, & declara, vt facit idem in conclus. 347. num. 28. & conclus. 348. num. 5.

48 Vigesimo secundo, fallit in confessione facta in foro pœnitentiali. Mascar. d. conclus. 347. num. 96. & in conclus. 359. num. 33. Gabriel. conclus. 1. num. 21. & 66. de Confess. Aym. consil. 281. num. 6. vers. Nec obstat quod de probation.

49 Aduertas ne fallaris, quoniam prædicta limitatio non procedit si confessio fiat in precibus porrectis in Sacra Pœnitentiaria, in quibus orator fatendo delictum, pro remissione supplicet, quoniam talis confessio non præiudicat in foro ciuili. Vide infra in cap. i. artic. 1. nu. 41. Prout nec præiudicat facta coram Sacerdote in confessione. Declarat. Mascar. in conclus. 377. de probatio.

50 Vigesimotertio limitatur si huiusmodi confessio fiat super iure reali, veluti Dominio Mascar. conclus. 347. nu. 111. Vide notata infra in cap. 5. in 9. limitat. num. 17. Et in hoc met 2. cap. num. 214. & pluribus seq.

51 Vigesima quartà est fallentia, si confessio fiat ad declarandum aliquem actum dubium, prius à confitente factum Dec. in consl. 35. num. 3. vers. Et sic patet. Mascar. d. conclus. 347. n. 120. id tamen sine dubio non procedere dicitur in decis. Pisana 12. num. 45. ibi vide.

52 Vigesimo quinto fallit vbi confessio fiat palam coram populo

Populo. Mascard. ibid. num. 124. & conclus. 356. num. 35. Gabriel. de confess. conclus. 1. num. 70.
53 Vltimo limita in cõfessione facta corã Princi. Mas. ibi. n. 129
54 Intellige suprascriptas limitationes, vt procedant quãdo de extraiudiciali confessione per duos contestes doceatur. Afflict. decis. 364. num. 4. Et tunc faciet semipleuam probationem. Vrsil. ibid. in addit. num. 3. Alex. cons. 72. num. 4. & cons. 100. lib. 1. & cons. 180. num. 2. lib. 2. Pedemon. decis. 29. num. 29. Parisi. cons. 57. num. 15. lib. 1. & cons, 153. num. 26. & seq. lib. 4. Burs. consil 69. num. 29. vbi plures congerit lib. 1. Cepoll. cons. 32. num. 10. Curt. Iun. in cons. 168. num. 23. Thobi. consil. 86. num. 3. Viui. opinion. 138. num. 6. Maran. in sua pract. in 6. part, in 5. actu. Iudici, num. 13. Gabrieli, d. conclus. 1, nu. 1. 12. & 53. Marsil. in singul, 202. versic, & scias etiam, Mascard, d, conclus. 347. numer. 29. Pute. decis. 476. confessio, vt plenè, lib. 2. in manu scriptis Carrer. in sua practi. crimin, in princ. num. 121. propè principium. Foller. in prac. in Rub. & si cõfitebũtur, in 2 par. 3. par. n. 1. Peru: decis. 9. n. 1. latè ad materiã, Mas. in cõclus. 379. de probat.
55 Reuoco nunc in dubium, & quæro, an per testes singulares probetur confessio extraiudicialis? faciatq; semiplenam, & aliquando plenam probationem? Nec sine magno discrimine transit apud scribentes. Siquidem Aym. de antiq. temp. part. 4. §. sed enim, num. 24. 25. & seq. latius agens de hac materia plures casus distinguit: Et an simus in singularitate obstatiua, vel adminiculatiua, & an vnus deponat de veritate facti, alter de extra iudiciali confessione, & an facta sit parte præsente, vel absente, & in vno, vel diuersis locis facta fuerit, ibi videre poteris. At pro clariori resolutione ponderamus infrascriptos casus, & vide etiam Mascard. in d. conclus. 379.

Si simus in duabus confessionibus extra iudicialibus absente parte factis in diuersis locis illæ non coniunguntur ad faciẽdam probationem. Vltra Aymo, vbi supra, videas Afflict. in decision: 364. num. 3. & ibi Vrsil. in addit. n. 1. & seq. Parisi. cons. 153. num. 28. lib. 4. Bossi. in pract. cri-

mi:

mi. titul. de considerat. ante tortu. numer. 21. Viui. opin. 945. n. 6. & 7. & in opinio. seq. 946. Mascar. vbi sup. n. 6.

56 Quod si vnus deponat de confessione facta in præsentia partis; & alij duo de facta parte absente, tunc coniunguntur, vt tenet Vrsill. vbi sup. n. 2. Rolan. consl. 72. n. 48. lib. 2.

57 At si vnus deponat de facta præsente parte iu vno loco, & alius de facta in alio loco similiter parte præsente placuit. Vrsil. ibid. num. 2. vt ad probandum non coniungantur: Quod tamen procedere declarat, vbi pars de pluribus confessionibus diuerso loco factis articulasset, & secus si de vna tantum posuisset, ibi vide oppositum notat. Mascar. in conclus. 347. num. 55. vt nullo modo tales confessiones coniungi possint.

58 Cæterum si vnus deponat de veritate facti, & alius de extraiudiciali confessione parte præsente facta, quod probent, & coniungantur affirmat Parisi. in cōs. 57. n. 29. lib. 1. & n. 31. Viuin. opin. 909. nu. 3. & in opin. 947. in princ. Vide infrascriptam Robusterij decisionem, nu. 63. Mascard. conclus. 379. num. 9.

59 Et idem tenet Paul. de Cast. si vnus deponat de veritate facti, & alij duo de extraiudiciali cōfessione, vt refert Viui. in d. opinio. 947. nu. 2. Socin. in. l. Gallus. §. ille casus, in fin. de lib. & posthu. Magoni. decis. Lucen. 46. n. 12. Socin. Iun cons. 99. n. 24. lib. 2. Cęs. de Grass. decis. 14. de præbend. & habes in infrascripta decis. Robusterij, nu. 63. & seq. & infra, num. 179. & seq.

60 Quod si testes deponant de vnico facto, discordant autē de loco non probat, Socin. Iun. in cons. 58. nu. 26. lib. 2. refertq; exēplū, & auctoritatē Danielis de illis testibus contra Susannam, ibi vide, & Foller. in pract. crimi. in §. Et si confitebuntur, num. 2. in 2. par. 3. part.

61 At si agatur de facto habente tractum successiuum, qui non diuersificatur ex diuersitate actuū, imò diuersi hi actus ad eundem rei finem tendunt, tunc communis est sentētia, vt testes singulares ad probādum iungantur. Corne. in cōs. 247. litera L. ver. Dato autē sine pręiud. lib. 2. vt puta (vt inquit) in possessione, iurisdictione, hæresi, & similibus, & vt ait

Viui.

66 Acceptatio autem partis requiritur, alias confeſſio non præiudicat, de communi Pariſi. conſil. vltimo, num. 18. lib. 1. Necnon Ripa in Rubri. de verb. oblig. num. 22. vbi Alciat. nu. 3. verſ. Non obſtat. tex. Felin in cap. ſi cautio. nu. 23. vbi Abb. num. 6. de fide inſtrum. Felin. in cap. capitulum. num. 12. de reſcript. Crot. in conſil. 182. num, 54. lib. 2 & ibid. in conſ. 245. num. 51. cum congeſtis à Gabrieli. de confeſſ. concluſ. 2. num. 1. Rolan. in conſil. 26, num. 8. vbi de communi, lib, 1. vbi num. 18. tripliciter declarat, ibi vide. Port. in conſ. 176. num 4. plura cumulat pro & contrà, Duenn. in reg. 119. num. 1. Vide Maſcard. in concl. 346. nu. 11. 14. & 16. Et in concluſ. ſeq. num. 4. Bertran. conſ. 221. num. 1. lib. 3. in anti. Cotta ſuper ver. confeſſio poteſt, ver. Sed nec omnia. Burſat. in conſ. 158. num. 18 lib. 2. Ianuen. deciſ. 70. num. 7.

67 Sufficitq; cuiuſuis acceptatio etiam à carente mandato facta Maſcar. concluſ. 347. n. 43., vide eundem in concluſ. 350. num. 32. & 34. Ianuen. deciſ. 212. num. 3. & deciſ. 58. num. 6.

68 Et procedit tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, Maſcar. d. concluſ. 346. num. 5. vbi vide. Nam in verſ. Contra tamen, refert contradictores. Et vide in concluſ. 347. num. 8. & ſeq. & quæ dicta ſunt ſupra in 6. limit. num. 24.

69 Quid vbi Notarius ſtipuletur, & acceptet pro abſente? an tunc partis ratificatio ſit neceſſaria? Vide infrà in cap. 3. num. 66. verſ. Imò ſi facta.

70 An ſufficiat ſola præſentia quæritur? Et vltra deducta ſuperius, num. 66. quæ ſatis faciunt ad quæſtionem, vide Maſcard. in d. concluſ. 347. num. 5. & 6. plura congerentem in vtrãq; partem, & ex mente Purpurati conciliat opiniones, num. 9. vbi vide & in concluſ. 345. num. 12. & Alciat. in præſunmp. 21. num. 10. reg. 3. Duen. in reg. 119. in prima limitat. Vbi ex pluribus concludit eam ſufficere ſequiturq; Rolan. vbi ea reſpiciat fauorem partis in conſ. 26. num. 21. lib. 1. de communi, Crot. in conſil. 245. num. 42. lib. 2. Dictumq; eſt ſupra in cap. primo. num. 40. verſ. non de ſunt autem. Cotta vbi ſupra, verſ. Addo etiam gñlis Purp.

conf. 461.num.5.lib.2.& num. 6.vbi de communi. Et vbi facta fuerit ad partis interrogationem cessat difficultas. Crot.conf.182.num.56.lib.2.

71 Iason autem in l.error.num.3. C.de iur.& facti igno. attestatur communiter teneri, ut expressa acceptatio requiratur. Distinguas iuxta decis.Ianuen. 212.num.2.3. & seq. Rimi. Iuni. conf. 60.num.19. lib. 1.

An autem in continenti sit acceptanda, vel sufficiat ex interuallo, notat idem Mascar. in sæpe citata conclus. 347. num.5. vbi refert hinc inde opiniones; Et quod dolendum est, per vtraque sententia communes, ibi vide; & infra in cap. 3. num. 64. vers. Et absente parte. in 1. artic.

72 Rursus declara prędictas limitationes esse veras vbi confessio sit verisimilis, quoniam vbi esset inuerisimilis non attenderetur. Marsil.in Rubri. C. de probationi.num.108.

73 Prout nec attenderetur quando continet impossibilitatem. Marsil. ibid. num. 105. & in practi. crimin.§. postquam, num. 7.

74 Item nec vbi facti euidentia repugnat; Parisi. con f. 89. nu. 24. lib. 1. Magonii decis. Lucen. 13. num. 24.

75 Et maximè notandum est confessionem attendi in his, quæ factũ, secus si ius respiciunt; quoniam in his, quæ iuris sunt nec iurata releuat. Aym, conf. 157. nu. 6. & in conf. 29. num. 2. & rursus conf. 48. num. 7. Seraphi. de priuil. iura. in priuil. 93. num. 9. Marcabru. conf. 61. num. 179. Rimi. Iuni. conf. 338. num. 51. lib. 3. & vide quæ dicta sunt supra cap. 1. nu. 46. vers. Similiter in his.

76 Declara etiam præmissa procedere vbi confessio facta non fuerit inter personas prohibitas, vel suspectas, quoniã veluti facta in fraudem non probaret; Corne. in conf. 86. col. penul. vers. circa secundum, lib. 4. etiam si esset iurata, ad Gabriel. conclus. 1. num. 45. de confess. Seraphi. d. priuil. 93. num. 11. Capiti. decis. 203. num. 19. vide supra in cap. 1. nu. 33. Mascard. in d. conclus. 347. num. 19. Riminal. super institur. de donatio. in princ. num. 262. & sequen. Roma. in conf. 520. num. 11. Facit aliquid in oppositum. Cotta in memorial. super verb. Concubina præsumitur.

sumitur, vers. Scundo illud singulariter.
77 Hinc est quod confessio patris non præiudicat filio quoad legitimam, si pater in venditione bonorum pretium recepisse fateatur. Alex. cons. 57. num. 1. lib. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 80. etiam si iurata esset, vt habetur ibid. & sup. in cap. 1. num. 31. vers. e contra. an patris confessio. Mascar. conclus. 364. num. 6. Alia similia habes per Caldas in repetit. l. si curatorem super ver. Cum non absimilis, num. 46. C. de in inte. restit. mino.
78 Idemque dicas si fateretur habuisse à Titio mille in depositum: quoniam ex illa confessione filius conueniri non posset. Alex. in eod. cons. 57. num. 2. Mascar. conclus. 354. num. 1. & seq.
79 Si tamen esset verisimilis attenderetur; Seraphin. vbi supra. Et vide Duenn. in reg. 119. num. 9. Maran. in practic. in 6. par. principali in 5. actu iudici. num. 8. Rimi. Iuni. in cons. 383. num. 21. lib. 4. Ruin. cons. 96. num. 2. lib. 5. Aym. de anti. tempo. par. 1. §. propositum nostrum, num. 60. & 69. Rimi. Iuni. cons. 202. num. 73. & seq. lib. 3. & super institut. de donationi. in princ. nu. 271. & seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. nu. 74.
80 Vel esset adminiculata, ex congestis à Tiraquel. in l. si vnquam. super ver. Donatione largitus, num. 10. C. de reuocandis donat. vbi in id plura congerit: Couarr. lib. 1. varia. resolut. cap. 7. num. 6. vers. Sic ex confessione. Rolan. cons. 96. num. 14. & seq. lib. 2. Bursat. cons. 32. num. 31. lib. 1. Achil. decis. 1. de Confess. Aym. in d. §. Propositum, num. 60. & 69. Rimin. Iuni. in cons. 379. nu. 13. 18. & 22. lib. 4.
81 Hinc est, quod si pater fateatur habuisse pecunias à filio in potestate, licet sit multum suspecta, si tamen sit verisimilis, vt potè, quia filius erat industriosus, & lucrabatur, confessio iustificatur, ex congestis à Riminal. super institut. de donatio. in princ. num. 272. & in cons. 171. num 40. lib. 2. Mascar. conclus. 365. num. 4.

Licet autem vti suspecta non probet, facit tamen admini culum; Corne. cons. 86. col. fin. vers. Non ergo obstat. lib. 4.

82 Intellige etiam cum confessio facta est principaliter, & secus si incidenter, per verba enunciatiua: quia tunc non probaret, nisi iuramentum adesset, Duenn. in reg. 119. nu. 2. Maran. in d. 6. par. in 5. actu Iudici. num. 4. Mascard. conclus. 346. num. 17. licet alia in oppositum deducat in conclus. 34. numer. 19. vers. amplia hanc limitationem, vide eundem in conclus. 383. & supra in cap. 1. num. 82. Circa quod vide Boss. & authoritates ab eo citatas pro declaratione in tit. de confess. nu. 41. & seq. Marcabr. in cons. 29. nu. 6. & 7. & vide infra in cap. 3. artic. 5. nu. 46. & Decian. in cons. 33. nu. 68. lib. 1.

83 Quæritur autem an confessio probet veram numerationem? Et pro affirmatiua concludit Rolan. in cons. 17. nu. 8. lib. 1. Natta cons. 439. num. 3. & seq. lib. 2. vide Angel. inter cons. matrimo. in cons. 13. num. 15. latè discutit, Mascar. conclus. 361. num. 1. & pluribus seq. & in conclus. 369. nu. 6. 7. & seq.

84 At huiusmodi sententia nō caret difficultate, vt per Afflict. in decis. 150. num. 36. & seq. Rota tenuit non probare veram numerationem, nisi sit adminiculata, & adminicula sint vrgentia, vt habetur in Miscella. Cottæ in decis. 178. quæ incipit. Veneris 24. Ianuarij. 1561. Videque Vrsill. ad Afflict. in decis. 402. vbi plura habes ad materiam. Et quia non omnes habent eas Cottę decisiones, visum est ad non habentium commoditatem, illius tenorem subiungere, qui est ut sequitur, Videlicet.

Coram Rubeo.

85 VEneris 24. Ianuarij 1601. Conclusum non constare de uera numeratione per allegata in uoto. Nec obstat quod confessio de recepto probet ueram numerationem, quando est coniuncta adminiculis secundum Guid. Pap. & Boer. allegatos, quia respondetur quod adminicula debent esse urgentia, & benè probata, quod non est in casu, per allegata in uoto.

Votum Cottæ.

86 Confessio de recepto non probat veram numerationem, ita decisum coram Alifano in causa Caputaq. Die 15. 1557.

Libri Mercatorum non faciunt fidem pro tertio contra tertium, ita decisum in causa Mediolanen. pensionis, de mẽse Nouẽbris 1551. coram R. Romano. Sed si examinarentur Mercatores, tunc esset dubiũ. Vide in causa Ciuitatis Castelli, 9. Iunij 1559. coram Paleotto. Vbi fuit resolutum quod confessio de recepto probat, cum est adminiculata coniecturis, & ita etiam decisum in causa Romana . . . . coram Fantuccio.

88 Non obstat quod confessio de recepto cum est adminiculata probet, vt supra, quoniam hi libri mercatorum, qui pro adminiculis allegantur, non concludunt.

Cum in confessione dicatur recepisse per manus Liuij, & & libri dicant, farli boni: Ergo non fuerunt solutæ pecuniæ, vt dicitur in confessione.

89 Præterea coniecturæ debent esse benè probatæ, & vrgentes, & partitæ cantant de scudi 699. & baiocchi 55. & non concurrit identitas summæ, de qua in confessione. Hactenus Rota.

91 Hinc inferri potest solam debitoris confessionem alijs creditoribus non nocere si aliter de debito non appareat. Socin. in cons. 78. num. 2. lib. 4. Ripa in l. priuilegia. nu. 23. de priuil. credito. quamplura cumulat in materia. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 78. & pluribus seq. vbi videre poteris.

92 Limitare potes id non procedere vbi confessio huiusmodi geminata fuisset. Mascar. conclus. 347. num. 52. & seq. vide supra, num. 14. vers. tertio limitatur in hoc met secundo capitulo.

93 Oportunè autem quæritur an sola confessio creditoris, quod fuerit à fideiussore satisfactus, sufficiat fideiussori, vt age-

vt agere valeat cõtra principalem, vt ipsum releuet indemnem? Et communiter est admissum, vt sufficiat, ad Afflict. in decis. 94. num. 3. Alex. consil. 90. num. 3. lib. 3. de magis communi. Marsil. in Rubric. de fideiusso. num. 265. Salusti. inter cons. matrimo. cons. 10. num. 10. de communi Rolan. in cons. 19. num. 9. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 84. Duenn. in reg. 337. num. 4. vbi de magis communi. Natta in cons. 438. num. 4. vbi de communi, lib. 3. Cephal. cons. 63. num. 54. lib. 4. Decis. Ianuen. 50. num. 2. & in decis. 51. num. 3. cum congestis à Mascar. in conclus. 373. in principio de probatio. Surd. decis. 118. num. 1. & ita teneas non obstan. his quæ in oppositum deducuntur ab Afflict. in decis. 150. num. 35. & à Lofred. in decis. 305. Ianuen. decis. 50. num. 2. & decis. seq. nu. 3. Quid si huiusmodi confessio facta sit absente parte? vide Mascar. vbi supra, num. 9. & seq.

94 Cæterum profunda est quæstio ob varias scribentium sententias an confessio receptæ dotis facta à marito constante matrimonio præiudicet creditoribus: de qua latè agunt omnes in l. 1. ff. solut. matrim. & signanter Socin. Vide Viui. opinio. 146. cum alijs, de quibus infra.

95 Regula est vt simplex confessio receptæ dotis veram numerationem non probet talisque dos non gaudeat priuilegijs veræ dotis per glo. in l. assiduis. super ver. datæ. C. qui potio. in pigno. habean. quam singularem dixerunt Bal. & alij relati à Couarruu. lib. 1. varia. resolut. cap. 7. num. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 82. Qui tamen nonnulla recenset in opppositum, num. 83. & seq. Alex. in l. 1. num. 35. solu. matri. Tollitur autem difficultas ex relatis decisionibus Rotæ, & uoto Cottæ de quibus sup. n. 84. & seq. & ex deductis in decis. Perusi. 66. num. 1. & Paleot. decis. 132. quæ incipit. Illustrissima Isabella, vers. prima fit conclusio, & ex deductis per Menoc. in lib. 3. præsumpt. 12. num. 70. Borgnin. de Tuto. num. 123. in fine. Afflict. super constit. Reg. lib. 1. rubri. 40. num. 5. Mascar. conclus. 362. in principio.

96 Præsumitur enim confessio receptæ dotis constante matrimonio

trimonio facta animo donandi. Proinde nec Marito præiudicat, neque creditoribus, iuxta communem, de qua Rolan. in conf. 74. num. 1. & 3. lib. 4. Alex. conf. 142. num. 1. & 4. lib. 4. Gozadi. conf. 42. num. 2. Deci. conf. 536. num. 9. verf. Quarto, inftrumento: Socin. in confil. 82. in princ. lib. 3. Bero. confil. 108. nu. 11. & feq. lib. 3. De communi Rube. Alexand. in confil. 78. nu. 2. Couar. lib. 1. var. refolut. c. 7. nu. 5. Viui. opinio 146. nu. 2. Bellon. confil. 4. nu. 2. & 8. Palæott. vbi fup. Ancaran. quæft. 32. nu. 1. par. 2. An & quando præiudicet latè difcurrit. Menoc. in præfumpt. 15. per totam lib. 3. & vide Loffred. latè id tractantem in confil. 22. Fallit in ignobili, qui nobilem duxit vxorem, & in fene qui cum Puella contraxit, quoniam donaffe cenfentur in recompenfationem nobilitatis, & iuuentutis refpectiuè. Cur. Iuni. in confil. 6. num. 20. verf. præmiffis tamen, cum alijs, de quibus Celf. Vgo in confil. 38. numer. 16 & in confil. 81. num. 12. Plot. in confil. 17. numer. 75.

97 Præfumitur etiam dicta donatio fimulata. Rube. Alexandri. de communi in cōfil. 159. Viui. opinio 146. num. 3. & 4. vbi inquit hanc effe præfumptionem iuris & de iure. Bero. confil. 108. num. 12. lib. 3.

98 Et facta in fraudem legis. Ancara. d. quæft. 32. num. 3. par. 2. vbi de communi Crot. confil. 374. num. 8. vbi de magis communi, lib. 3. Plurefque coniecturas ad præfumendam fimulationem congerit Menoc. præfumpt. 12. nu. 82. & feq. lib. 3.

99 Vel facta præfumitur fub fpe futuræ numerationis. Socin. in l. 1. num. 75. & 87. folut. matri. Gozadi. conf. 42. num. 1. Couarr. cap. 7. num. 5. verf. Sed quod etiam, & verf. ego fanè.

100 Et huiufmodi regula procedit ftante etiam iuramento. Gozadi. in d. conf. 42. num. 2. & etiam ftante claufula, qua partes iurarunt omnia, & fingula in inftrumento contenta effe vera. Rolan. confil. 74. num. 2. Roma. confil. 44. nu. 4. Crot. confil. 374. num. 16. verf. tertiæ obiectioni, lib. 3. Mafcar. conclus. 362. num. 4. vide Perufi. in decif. 66. nu-

11.

11. Probatq; l. final. C. de non numer. pecun. Socin. in d. l. 1. num, 81. solu. matrim. & in num. 90. & in cons. 122. num. 7. vers. tertio quid. lib. 3. & ibid. in cons. 82. num. 2. Etiam quod facta fuerit in instrumento guarentigiato, Menoch. d. præsumpt. 12. nu. 70. Aduerte ad notata infrà nu. 164. & seq.

101 Quod verum est ante lapsum tempus opponendæ exceptionis non numeratæ dotis. Alexandrin. in d. cons. 78. num. 2. Couaru. in d. cap. 7. num. 5. vers. Quinto eadem ratione. Afflict. super constitut. Regni libro 1. in Rub. 40. num. 5. vers. intellige prædicta.

102 Contrarium firmat Gozad. in d. cons. 42. num. 13. vers. Tertio quando, & Socin. in d. l. 1. num. 102. vers. quarto, & vltimo, solut. matrim. Ruin. in cons. 190. num. 6. lib. 1. De communi, Grammat. decis. 103. nu. 4. & 5. Cappel. Thol. decis. 374. in addit. versic. secus autem, Menoc. præsump. 12. num. 74. lib. 3. & præsump. seq. num. 31. Grammat. d. decis. 103. num. 4. & 5. vbi de communi.

103 Est etiam aduertendum an confessio facta sit ante contracta debita ad Alex. in d. l. 1. num. 35. vers. secundo, maritus. ff. solut. matrim. Ancar. quæst. 32. n. 4. par. 2. & n. seq.

104 Notandum est etiam, quod licet huiusmodi confessio facta præsumatur in fraudem creditorum, id procedit respectu eorum, qui tunc aderant creditores: sed respectu futurorum locus est coniecturis. Aym. cons. 44. num. 1. & 2. Roland. cons. 74. num. 11. & 12. lib. 4. vide Ancar. quæst. 32. nu. 5. par. 2. & signanter est ponderandum an in continenti sequatur obligatio pro creditoribus, vt aduertit Andr. Alpheri. in cons. 39.

105 Limitatur primò regula ista si geminata esset confessio receptæ dotis, dummodo geminatio facta sit cum temporis interuallo, ad Felin. in capit. si cautio. num. 39. vers. & propter dictam, de fide instrum. Mascar. conclus. 347. num. 53. Grammat. decis. 103. num. 3. cum aliis de quibus supra in principio huius capituli in 3. limit. num. 14. & infra num. 168. Oppositum, notat Menoc. præsump. 12. num. 76. lib. 3. & vide in num. 54.

Set-

106 Secundo limitatur non procedere, vbi renunciatum esset exceptioni non numeratæ dotis, vt habetur in addit. ad glo. in l. assiduis super verb. Datæ. C. qui potio. in pignor. habean. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 18. numer. 88. Ancara. quæst. 32. num. 1. par. 2. Mascard. conclus. 362. num. 8.

107 Præsertim si medio iuramento renunciatum fuerit, ad Gozadi. in cons. 42. num. 13. vers. quarto licet, & vers. tertio quando. Viui, opin. 148. num. 5. Deci. cons. 536. nu. 9. vers. secundo respondetur, & dixi in meo tractatu de Iuramento, in 4. parte in effectu 153. vbi videas.

108 Cæterum Socin. post Cyn. Bart. & Bal. in l. 1. nu. 76. ff. solu. matri. hanc limitationem procedere declarat si renunciatio non in continenti, sed facta fuerit ex interuallo. Et Bero. cons. 108. num. 11. & seq. lib. 3. declarat tunc huiusmodi renunciationē valere, cū est facta ante contractum matrimonium, & secus esse vbi fiat constante illo, quia tunc facta præsumitur animo donandi.

109 Et nota, quod licet creditoribus opponere huiusmodi non numeratæ dotis exceptionem, etiam si Maritus ea non vtatur, Rube. Alexandrin. cons. 78. numer. 5. vide Alex. dubitantem in d. l. 1. num. 35. in fin. ff. solu. matri. ibid. Socin. num. 90.

110 Tertiò fallit si lapsum est tempus opponendi exceptionē non numeratæ dotis, vt habetur in eadem addit. ad glo. in d. l. assiduis. Tiraquell. vbi supra, numer. 88. Gozadin. d. consil. 42. num. 13. vers. item & secundo. Rub. Alexandri. in d. consil. 78. num. 9. & 10. Crot. in consil. 374. num. 5. vers. vltimo aduertendum, lib. 3. de communi. Bal. Nouell. de dote, par. 10 principali, col. 6. vers. primo nisi transiuerit, & Bursat. in cons. 32. num. 30. lib. primo, nec non Soarez inter communes, super ver. Dotis acceptæ, nu. 333. Socin. in d. l. 1. nu. 77. solu. matri. & omnino in nu. 102: vers. secundo limita. Et nōnulla opponit Viui. opinio. 146. nu. 3. Deci. cons. 536. num. 9. vers. secundo quia. Surd. decis. 116. num. 2. vide Couarr. lib. 1. varia. resolut. cap. 7. nu. 6. vers. quid si ea tempora. Et in vers. seqq vbi latè, & Aym.

conſ.40.num.5.Menoc.conſ.7. num. 9 lib. 1 Peruſi. deciſ. 66. num.31.Ancara.d.quæſt 32. num. 1. par 2. Caputaq. deciſ.274.Confeſſio dotis, lib. 1. in manuſcriptis, & in deciſ. 196. par. 1. in impreſſis. Cephal.conſil. 448. num. 15. lib.3. Bolognet. in d.l. 1. num.253.ſolut. matri.Rimi.Iuni. conſ. 180. num. 1. & 2.lib. 2.

111 Circa quod nota quod ſi lapſi ſint anni 10. & Maritus tacuerit, præiudicat ſuis hæredibus, non autem creditoribus. Rube. Alexandri. in d.conſ. 78. num.7. vide Viui. in opinio. 148. num. 6. & Rimi. Iunio. in d. conſ. 180. num.6. li.2.Imò prȩiudicat etiā creditoribus iuxta cōmunē,de qua Maſcard. concluſ. 362. num. 9. licet contrarium notet Gozadi. in conſ. 28. num. 18. & ſeq. Et ſaltim daretur in integrum reſtitutio. Gozadi. ibid. num. 20. Socin. in d. l. 1. num.90. propè fin, ſolut. matri. vide Alexandri.in d.conſ. 78. nū.18.verſ. reſpondeo, vbi declarat. At Burſat. ſe opponit in conſ. 32. num. 30. vide Alexan.in d.l. 1.num.35. verſ. Aut confeſſio,ſolu. matri.

112 Aduertas etiam quod Rolan. in conſ. 74 num. 4. verſ. Nec habet obſtare, lib. 4. declarat lapſum temporis obſtare quando ante matrimonium confeſſio emanauit,& ſecus ſi conſtante matrimonio, & alios allegat.

113 Quarto limitatur cū vltra receptio dotis cōfeſſionē Maritus vxori præſtitet alimenta, iuxtà communem, de qua Gozadi.d.conſ.42.nu.13. verſ. quarto inſtrumentum. Couarru. lib. 1. vari. reſolut. cap. 7. num. 6. verſ. ſic ex confeſſione,de communi.Viui. opinio. 148. nu. 3. Aym. conſ. 40. num. 3. verſ. quarto principaliter. Deci.in conſ. 536. num.10. Socin.conſ.122. nu. 7.& 10. lib. 1. Menoc. conſ. 7.num. 10.lib. 1. Habes in meo tracta. de Iuram. in 4. par. in effect. 153. Verſ. quarto limitatur. num. 113. & latè de materia,in num. 94. & pluribus ſeq.Peruſi.deciſ. 66. num. 22. Cur. Sȩni. in conſ.69.num. 3. Cephal. conſil. 448. nu. 23.lib.3. Rimi.Iuni.conſ.180. num. 15. lib. 2.

114 Quod an verum ſit, dubitat Socin. in d.l. 1. num. 80.ſolut. matri.& ibid. Bolognet.num.255. verſ. quarto limitatur. Aym. de anti. tempo. par. 1. §. propoſitum, num. 72.

Bellon.

Bellon. consil. 78. num. 2. Couarru. d. cap. 7. nu. 6. vers. sic ex confessione. Gozadi. cons. 28. num. 32. vers. ad sextum, & num. 23. vers. septimo & fortius. Socin. in cons. 82. num. 3. Menoc. præsumpt. 12. num. 23. lib. 3. Crot. cons. 374. num. 26. lib. 3.

115 Sed vbi coniecturæ concurrant standum est confessioni, vt habetur in decis. Moeda. 202. quæ incipit, Hannibal Maritus, in manuscriptis. Mascar. conclus. 362. nu. 14.

116 Quinto fallit quando etiam pars se fundat in eodem instrumento, in quo confessio continetur. Gozadi. d. cons. 42. num. 13. vers. quinto quoties.

117 Sexta est limitatio, quando procedit dotis promissio, tūc etenim subsequuta recepta dotis confessio probat. Rube. Alexan. in. d. cons. 78. num. 10. vers. tertio respondeo. Socin. in d. l. 1. num. 78. solut. Matri. & num. 95. vbi Bolognet. num. 254. inquit, hinc sumi bonam cautelam pro dote. Canneti. super extrauag. Regni Siciliæ. In extrauag. Volentes. §. cum dos, num. 6. fol. mihi 96. & nmu. 11. & 21. vbi tenet id procedere inter contrahentes, sed dubium esse, an procedat contra tertium. Couarru. varia. resolut. lib. 1 cap. 7. num. 6. Caputaq. decis. 12. Confessio dotis, lib. 1, in manuscriptis. Paleot. decis. 191. quæ incipit. Dubium erat, similiter in manuscriptis. Viui. opinio. 148. nū. 2. Io. de Ami. in cons. 119. num. 15. & rursus in cons. 136. num. 2. Bello. cons. 4. num. 7. Cephal. cons. 325. nu. 3. lib. 3. Surd. decis. 116. num. 2. declaratque num. 10. Ancara. quæst. 32, in fine Diuerso. decis. 192. num. 15. par. 2. Gabriel. conclus. 4. num. 1. de iure doti. Perusi. decis. 66. num. 25. Afflict. decis. 102. Campeg. de dotę, par. 1. quæstio. 52. vers. in primis si mulier. Bal. nouell. in eod. tracta. par. 10. col. 7. vers. septimo fallit, Paleott. decis. 132. vers. secunda sit limitatio, quæ incipit, Illustrissima Isabella, in manuscriptis. Cephal. cons. 440. num. 15. lib. 3. & cons. 315. num. 11. ibid. Ex quibus apparet huiusmodi limitationem communiter esse receptam, teste Alban. in cons. 8. num. 11. Crot. cons. 374. num. 2. lib. 3.

Ampliatq; Io. de Amicis in cons. 136. nu. 5. vt procedat

etiam si confessio facta sit per verba enunciatiua.
118 Quid vbi præcessit dotis promissio &, ante sequutam receptæ dotis confessionem vir debita contraxit? Vide Couarr. in d. cap. 7. num. 6. vers. cæterum egregia. Cephal. consil. 448. nu. 15. lib. 3. citant inter alios Afflict. in decis. 402. attestantem in sacro consilio decisum fuisse confessionem releuare ob præcedentem promissionem,
119 Septimo fallit vbi Maritus fatetur dotem à tertio recepisse, quoniam tunc cessaret exceptio non numeratæ dotis. Deci. cons. 536. n. 9. vers. ad hoc etiã Socin. in cõs. 82. n. 2. vers. tertia ratio, lib. 3. Alban. cõs. 8. n. 12. vers. septimo ad tollendã. Crot. cõs. 374. n. 2. vers. secũda occurrit. lib. 3. Rube. Alex. cons. 78. n. 10. vers. secundo ex capite. Seraphi. de priuil. iuram. in priuil. 60. n. 16. Menoc. præsumpt. 12. n. 78. lib. 3. & num. 79. vbi tenet oppositum. Vide in num. 81. & seq. vbi declarat.
120 Facit in oppositum Viui. opinio. 148. in princip. & Duenn. in reg. 260. nu. 9. Perusin. decis. 66. num. 21. Vide Menoc, in d. præsumpt. 12. num. 78. & 119. lib 3. vbi ponderat nonnullas probabiles coniecturas, ex quibus iudicari potest vera sit, an ficta confessio.
121 Octaua à nonnullis limitatio datur cum confessio facta est in instrumento, quod ex forma statuti paratam, habet exequutionem, vt post Bald. inquit Socin. in l. 1. num. 79. vers. quarto limitat. ff. solu. matri. Vbi Bolognet. num. 235. dubitat de veritate, & meo quidem iudicio, satis est periculosa, ex his, quæ supra recensuimus in cap. 1, nu. 38. vers. sunt etiam qui. Et contra eam tenet Menoc in d. præsumpt. 12. num. 70. lib. 3. præsumpt. Bero. in cons. 108. num. 14. lib. 3. Gozad. cons. 28. nu. 23. vers. sexto hoc ampliatur.
123 Quid si confessio facta sit in iudicio? Mascar. conclus. 348, nu. 2. tenet vt tollatur exceptio.
124 Nona est limitatio quando huiusmodi confessio reperitur in parte vera; quoniam vera præsumitur in totum, Deci. in cons. 536. nu. 10. Menoc. lib. 3. præsumpt. in præsumpt. 63. nu. 3. Socin. 81. nu. 2. vers. tertia ratio, lib. 3. Perusi. decis.
66. num,

66. num. 24. Natta conf. 547. num. 26. lib. 3. Aym. conf. 18. num. 6. & conf. 158. num. 6. Cephal. conf. 153. num. 22. lib. 2. Decian. conf. 76. nu. 18. lib. 3. Mascar. conclus. 362. num. 17. Prosp. Palett. conf. 75. num. 11. & 12. conf. 191. num. 20. & seq.

125 Quę limitatio mihi non arridet, quoniam aperta esset via ad fraudādos creditores, si quidē Maritus, qui verè exiguam dotem recepisset, videns se labi facultatibus, facilè fateri posset, longè maiorem dotem recepisset, & in illo excessum fraudare creditores, verificando illam partem verè consequutam, vt in optimo simili ponderat Tiraq. viden. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. nu. 81.

126 Nec me mouet argumentum à veritate partis: quoniā illud procedit vbi non simus in materia suspecta, prout in nostris terminis, de confessione facta inter coniuges constāte matrimonio; quæ est suspectissima, vt liquet ex præmissis, notatq: Natta in conf. 438. num. 8. & 9. lib. 2. Quæ suspitio non cessat, etiā quod adsit in parte veritas: Imò ex quo sumus in materia suspecta, iuramentum desuper interpositū reddit eā magis suspectam, ex his quæ adnotauimus in nostro tracta. de iuram. par. 4. in effect. 52, licet oppositum teneat Corne. in conf. 108. col. 2. vers. tamen quia, lib. 4.

Et quam suspecta sit ex eo liquet, quod præsupponitur Maritus factus non soluendo. Nā vt inquit Bald. valet consequentia, fallitus ergo fraudator. Refert & sequitur Benuen. de Decoctorib. in 3. par. n. 22. & Boer, decis. 215. n. 6.

129 Decimo fallit quando confessio est verisimilis, attenta qualitate coniugum. Ancara. quæst. 32. nu. 8. par. 2.

130 Vndecimo limita quando cum ipsa confessione concurrunt aliquæ coniecturæ. Cephal, conf. 448. nu. 22. lib. 3. faciunt notata supra in cap. 1. nu. 62.

131 Quæro an creditoribus detur in integrum restitutio ex capite ignorantiæ, cum Maritus confessus est dotem recepisse, lapsumq; est tempus, opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, & pro affirmatiua, uide Alex. in l. 1. num. 33. uers. aut confessio emanauit, solut. matri. Vide Crot. in cōs. 374. num, nu. 5. uers. & si diceretur, lib. 3. uers. seq.

132 Et

132 Et an renunciatio Mariti noceat creditoribus, vide Socin. in d.l.1. nu.89. Et Couarru. lib. 1. varia. resolut. cap.7. num.6. vers. de creditoribus.

133 Et notandum est in materia, quod quando liquet confessionem fuisse factam in fraudem creditorum, talis confessio præiudicat Marito, si agat pro dote consequenda, secus si excipiat contra mulieris hæredes dotem repetentes, si mulier in fraude participauit. Socin. in d.l. 1. num. 84.

134 Hic opportunè quæri posset, quid iuris de dote per maritum confessata in vltima voluntate? de quo opportunius agetur infra in cap. 8. in princ. nu. 11.

135 Quid autem vbi creditores doceant tantum de eorum creditum confessato? & non constet de vera numeratione? vide Socin. in d. l. 1. nu.88 vbi Bolognett. nu.260, Couarr. vbi sup. n.6. vers. ex præmissis colligi. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 91. vide infra, num. 154. & seq.

136 Vbi autem dotis receptæ confessio procedit contractum matrimonij, & renunciatum sit exceptioni non numeratæ dotis, quod noceat creditoribus, liquet ex deductis per Cauarru. ibidem propè finem capituli, in versic. quarto admonendum.

137 Quid si maritus per publicum instrumentum se dotem recepisse fateatur, & renunciet exceptioni eius non numeratæ, & postea socer in alio instrumento se obliget ad eam soluendam? Vt passim fieri solet in Ciuitate Narniæ, Vide Roman. in consil. 445. de hoc disputantem.

138 Adnotandumq. est etiam quod si confessio receptæ dotis respicit bona immobilia, communi calculo admittitur, vt faciat probationem. Couarru. in d.c.7, in fine: Vide notata infra nu. 156.

139 Et licet ista confessio constante matrimonio facta non subsistat; Nihilominus Mariti morte confirmatur, veluti aliæ donationes inter Coniuges factæ, ad congesta per Ios. Ludo. in decis. Perusi. 66. nu. 3.

140 Declara, nisi dos excederet summam 500. aureorum, quia tunc defectu insinuationis corruit, vt habes in eadem decis. num. 5.

141 Si

141 Si tamen confeſſio eſſet iurata, tunc iuramentum ſuppleret inſinuationis defectum, vt habes ibidem, num. 6. & latius in meo tracta. de Iuramen. par. 4. in effect. 19.

Subſequitur alia non minus intricata quęſtio, an & quādo excipi poſſit de non numerata pecunia, non obſtante confeſſione receptionis, quæ vt facilius expediatur, conſtituimus regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, pulchriſque ad materiam quæſtionibus.

142 Regula eſt igitur exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium opponi poſſe non obſtante confeſſione receptionis, l. generaliter, l. in cōtractibus, & l. final. C. de non nume. pecu. Felin. in cap. ſi cautio. nu. 45. de fide inſtru. cum alijs, de quibus infra.

143 Animaduertendum eſt autem regulam huiuſmodi procedere de iure ciuili, & ſecus videri de iure Canonico, cum naturali æquitati repugnare videatur, vt quis cum aliena iactura locupletetur, cap. locupletari. de reg. iur. in 6. vbi Duenn. in finalibus verbis adnotauit; & Roma. in conſ. 44. num 1. Maſcard. concluſ. 361. num. 32. magis communis eſt in contrarium, teſte Duenn. in regula 261. limit. ſecunda.

144 Sanè autem eſt intelligendum, vt procedat, quod etiam poſt biennium exceptio poſſit opponi, ſi opponens aſſumat onus probandi non numerationem, vt declarat Felin. teſtans de communi in d. cap. ſi cautio. num. 61. verſ. Modò fallit, vbi Imol. num. 24. ſimiliter teſtans de communi, & vide Bal. referentem Pontificiam declarationem, in l. cum quis num. 22. C. de iur. & fact. igno. Videas autem deducta in meo tract. de iuram. in 4. par. effect. 15. verſ. alij diſtinguunt; quæ ſatis quadrant in iſtis terminis.

Oppoſitum habes per Duenn. in reg. 261. nu. 1. & quamplura congerit Felin. vbi ſupra, num. 5. & ſeq.

145 Amplia primò vt Regula procedat etiam ſi confeſſio receptæ pecuniæ ſit iurata, l. final. C. de non nume. pecu. Felin. in d. cap. ſi cautio, num. 50. de fide inſtru. & alij paſſim, de quibus infra.

146 Oportunè autem quæri poteſt, quid ſi non ſimpliciter

iuratum

iuratum sit se pecuniam habuisse,& recepisse, in quibus ter minis regula procedit,sed debitor medio iuraméto asserat quod verè pecuniam habuit, & recepit: & tunc iuramentum præiudicare videtur,ad Felin. in d.cap si cautio. num. 45. vers. sed hanc ampliationem. Bal.in cap.ex insinuatione, num. 4. de procurato. Ias. in cons. 172. col. 2. vers. accedat quod dicit, lib. 2. Menoc. consil. 39. num. 20.lib. 1. Natta cons. 543.nu. 18. lib. 3 cum alijs,de quibus infra in cap.9.artic. 5. vers. quod si procurator.

147 De cuius dicti veritate dubitat Deci. in l. 2 nu. 13. vers. non omitto tamen,C.de eden. Socin. in l. 1.num. 82. solu. matri.Vide Seraphi.de Priuil.iuram.in priui.60,nu,6.Gabriel.de Confess.conclus. 1. num. 43. .

148 Quid si dictum fuerit se realiter, & cum effectu recepisse? Et ex his numerationem probari tenuit Seraphi. in d. priuil. 60. num.8. vbi alios vtat. Et vide Purpurat.in l. singularia,num. 109. ff. si cer. peta. & Granut. in Theorema. 7. num. 12.

Facit in oppositum. Alciat. in cap. cum contingat, numer. 177. de Iureiur. Vide deducta supra in hoc met cap. num. 100.

Quid si dictum fuerit se tunc pecuniam recepisse? Et videtur vt confessio numerationem probet excitatis per Mascard. de probationi. conclus. 361, num. 49. Quod an verum sit ibi dubitatur, & mihi nullo modo consonat, quia si non admittitur à præcitatis Doctoribus, vt numeratio probetur,cum dictum est in veritate recepisse, quanto minus, vbi dicitur, se tunc recepisse?

149 Ampliatur secundo vt regula procedat etiam si confessio facta fuerit in actis: Adhuc enim contra ipsam non numerationis exceptio potest oppon. Id autem declara,& intellige vbi confessio sponte facta fuerit, secus autem si per viam contentiosæ iurisdictionis. Felin. in d. cap. si cautio. num. 47. de fide instru. Ias. in l. 1. num. 7. de verb. oblig. Rimi. iuni. super institu. de donatio. in princ. num. 490. Duenn. in d. reg. 260. in fine. Mascar. in conclusio. 348, num. 2.

150 Am-

150 Ampliat tertio Felin. ibid. etiam si campsor promisisset soluere pro confitente, quoniam adhuc excipere posset de non numerata pecunia suo principali, vt inquit nu. 47. vers. amplia tertio.

151 Quarto ampliatur procedere etiam si tali exceptioni renunciatum fuerit. Felin. ibid. num. 48. Qua enim facilitate inducitur ad confitendum, eadem inducitur etiam ad renunciandum. Alciat. in c. cum. contingat, num. 175. vbi de communi. de iureiur. & communem attestatur etiam Tolome. in decis. 45. quæ incipit, Romana obligationis in forma Cameræ in manuscriptis, faciunt in oppositum deducta per Duenn. in reg. 260. num. 4. Vide Mascard. conclus. 361. num. 19. & seq.

152 Quæ ampliatio declaratur vt procedat si renunciatio simul cum ipsa confessione facta fuerit. Felin. in d. cap. si cautio, num. 49. Vide in meo tracta. de iuram. par. 4. in effect. 155. num. 4. vbi concluditur non referre, an incontinenti, vel ex interuallo fuerit renunciatum, ibi videas motiua, ne eadem repetantur, & vide Mascard. vbi supra, numer. 21

153 Intellige etiam nisi renunciatum fuerit cum iuramento. Felin. ibid. num. 50. Bolognet. in l. 1. num. 252. in fine. ff. solut. matrim. Et latius deducetur infra in prima limit. num. 159. vbi de veritate discutietur. Mascar. vbi supra, num. 22.

154 Quinta est ampliatio, vt procedat siue confessio facta sit in publico instrumento, siue in scriptura priuata. Denn. in regula 260. num. 2. faciunt notata supra in capit. 1. numer. 38.

155 Sexta est, & notabilis ampliatio, vt procedat, etiam vbi is, qui confitetur se recepisse pecuniam dedisset pignus pro ea habenda. Duenn. in d. reg. 260. num. 3. vel dedisset fideiussorem, ibid. num. 8.

156 Septimo amplia, vt non solum procedat in pecunia, sed in omni alia re, quam quis recepisse fassus fuisset. Duenn. ibid. num. 6. Aduerte ad notata infra, num. 161. & supra, num. 138.

157 Octauo ampliatur procedere non solum ad fauorem ipsius confitentis, sed etiam sui Hæredis, durante tamen biennnio. Duenn. ibid. num. 10.

158 Declara tamen quod si confessus fuerit in vltimis constitutus, quod tunc hæres huiusmodi exceptionem opponere non valebit, ad Monoc. præsumpt. 5. num. 14. lib. 5. Vide Marsil. in Rubr. i. de fideiussor i. num. 42.

Expeditis ampliationibus, par est vt ad limitationes descendamus.

159. Limitatur primo antedicta regula à quam plurimis, & grauissimis quidem Authoribus, vt non procedat, cum huic non numeratæ pecuniæ exceptioni medio iuramento fuerit renunciatum. Sed quia non desunt alij, nec minoris ponderis contradictores, constitueram hic de veritate huius limitationis discutere. Modò autem mutata sententia destiti, contentus his, quæ super hac quęstione deduxi in meo tracta. de iuramen. par. 4. in effect. 155. vbi relatis hinc inde dissentientiũ Doctorũ sententijs, concluditur, vt seruandum sit iuramentum. Et habes ibidem an intersit in continenti, vel ex interuallo fuerit renunciatum. Igitur ibi candide lector videri poteris, quoniam ibi deducta transplantare non libet. Addo Cardin. Alban. in cons. 8. num. 3. & 4. nec non Grot. in cons. 374. num. 5. lib. 3. & Mascard. de probationi. in conclus. 361. num. 27. Vbi voluit quod si petita fuerit absolutio à iuramento, tunc eo non obstante competat exceptio, et graues citat Authores, ibi vide.

160 Secundo limita quando confitens se ipsum in forma Cameræ obligasset; quoniam tunc etiam obtenta absolutione à iuramento ad effectum agendi soluere cogitur: Illiusque obligationis exequutio non retardatur, ex Rotæ decisionibus in eodem effect. 155. supra citatis, & in nu. 8. relatis. Facit aliquantulum in oppositum id quod notat Duenn. in d. reg. 266. num. 7.

161 Limita tertio vt regula procedat in contractu mutui, in quo specialiter est cautum, vt intra biennium talis exceptio valeat opponi. Secus autem in alijs contractibus, in

quibus

quibus opponi debet intra 30 dies, d. l. in contractibus. §. super cæteris. C. de non nume. pecu. Afflict. decis. 105. nu. 2. Soarez inter communes super ver. Confessio pecuniæ, n. 249. Seraphi. d. priuil. 60. n. 1. & 2. Duenn. autem (vt sup. in 7. Ampliat. n. 156. retulimus) tenuit oppositum, & vt credimus minus benè, & habetur in decis. Cæl. de Grass. 145. num. 3. de fideiusso. quod huiusmodi exceptio procedit tantum in mutuo, & in dote, propter eorum frequentiam. Sed in alijs contractibus secus, in quibus statur confessioni, ibi vide.

162 Limitatur quarto vt non procedat, vbi confitens se recepisse, vlterius promisisset huic suæ confessioni non contrauenire de iure, nec de facto, ex his, quæ ponderat Seraphi. in d. priuil 60. n. 14. Quid si facta fuerit à procuratore, habente amplũ mandatũ? Vide infra in cap. 9. art. 5. n. 7. & seq.

163 At huiusmodi limitatio periculosa est, vt animaduertit ipsemet Seraphi. ibid. in vers. verũ tamen: Et pro eius reiectione facit, quia si medio iuramento confitens se recepisse adhuc auditur excipiens, d. l. fina. C. de non nume. pecu. multo magis audiendus est, licet suæ confessioni non contrauenire promiserit; Cum longè maius sit vinculum iuramenti ad quem obligandum, quã simplex promissio de non contraueniendo, vt est notorium.

164 Quinta limitatio datur quando confitens in instrumento iurasset omnia, & singula in instrumento contenta fuisse, & esse vera, quoniam tunc non posset excipere de non numerata pecunia. Ruin in consil. 190. numer. 6. lib. 1. Cappel. Tolosa. decis. 374. in addit. in vers. secus autem si iurasset, cum alijs, de quibus Seraphi. in d. priuile. 60. num. 15. versic. quinto limita. Gramm. decis. 103. num. 4. & 5. vbi de communi. Rimi. Iuni. in cons. 180. num. 5. lib. 2.

165 Cæternm huiusmodi limitatio quã sit periculosa, videre potes ex his, quæ supra deduximus in hoc meo secundo cap. numer. 100. vers. & huiusmodi regula. Et si absque difficultate non procedit, vbi confitens iurauit se in veritate recepisse, vt dictum est supra num. 147. in vers. de cuius

dicti veritate, eadem ratione dubitari valet, vbi iuratum sit omnia & singula esse vera.

166 Sexto limitatur cum confitens recepisse à tertio, non autem à creditore se recepisse fatetur: Cessat enim tunc exceptio non numeratæ pecuniæ. Seraphi.d.priuil.60.num.10. Et vltra citata ab illo: Vide deducta supra, nu. 119. vers. septimo fallit.

167 Septima datur limitatio, cum huiusmodi confessio in vltima voluntate facta est, tūc enim dici nequit eam fieri sub spe futuræ numerationis, ad Seraphin.d.priuil.60.num.17. Felin. in cap. si cautio.num. 54. de fide.instru. Marsil. in rubri. de fideiussori, num.42. Menoc.de præsumptio.lib. 5. in præsumpt. 5. num. 14. Ias. in l.2. §. Creditum, numer. 18. ff. si cer. peta. Rimin. super institut. de donatio. in princi. num. 520. Sed nec ista transit absque contradictore, vt inquit Seraphi. vbi supra. Et liquet ex deductis infra in cap. 8. vbi latius agitur de confessione facta in testamento, & alijs vltimis voluntatibus.

168 Octauò limita vbi confessio geminata foret, ad Felin. in dicto cap. si cautio. nu. 56. Vbi tamen huiusmodi de huius limitationis veritate dubitat. Sed tamen teneas ex notatis supra, nu, 105. vers. limitatur primum. Et communiter est recepta, Teste Viuio in opini. 137. Menoc. præsumpt. 61. num. 5. lib. 2. Riminal. super institut. de donationi. in princ. num. 521. & seq. & in cons. 538. num. 43. & seq. lib. 5. Gram. decis. 103. num. 2.

169 Nono limita quando post factam confessionem, lapso aliquo tempore debitor satisfaceret partem debiti confessati, quoniam tunc ipsius debiti veritatem agnosceret. Felin. in d. cap. si cautio. num. 56. vers. fallit sexto. Mascar. d. conclus. 361. num. 39.

170 Secus esset si simul & semel maiorem summam, quàm verè habuerit, recepisse fateretur: quoniam pro summa non soluta competeret exceptio non factę numerationis. Duen. in reg. 260. num. 5.

171 Decimò limitabis vbi de non numeratione doceretur ex confessione partis, ex notatis per Iaso, in l. si duo Patroni. §.

ni. §. idem Iulianus, nu. 7. & seq. de iureiur. Felin. in cap. si cautio. nu. 66. de fide instru.

172 Vndecimo limita si quis in confectione inuentarij describat aliquam pecuniæ summam. Tali enim casu non datur exceptio non numeratæ pecuniæ. Duenn. in reg. 260. in prima limitat.

173 Duodecimo limita in Tutore qui confessus fuisset recepisse aliquas pecunias pupillares, ex glo. & alijs citatis per Duenn. in d. reg. 260. in 3. limitat. Barbat. in cons. 59. nu. 21. & 22. lib. 2. Vide infra in cap. 9. artic. 2. vers. nam nec tutoris.

174 Decimotertio limitatur in materia depositi, vt talis exceptio non admittatur. Duenn. ibid. in quinta limitat. Rimin. super institu. de donationi. in princ. num. 530. & in consil. 60. num. 33. lib. primo. Decian. in cons. 33. num. 69. lib. 1.

175 Decimoquarto huiusmodi regula non habet locum inter mercatores, in quorum curia seruanda est æquitas. Duenn. in d. reg. 260. num. 9. & rursus in reg.. seq. num. 1. in prima limitat. in fine. Prout eadem ratione inter eos non admittitur exceptio discussionis, Boeri. decis. 221. nu. 25. cum alijs de quibus in decis. Perusi. 45. nu. 12. Mascar. conclus. 361. num. 40. de probatio. vbi nu. 41. & seq. declarat quomodo id procedat.

Nec etiam fisco competit hæc exceptio. Salicet. in l. omnes, numer. 2. vbi Angel. in .§. 1. in principio, & Cyn. in final. verbis, & Bald. in princip. C. de quadri. præscript.

179 Decimoquinto iuxta aliquorum sententiam limitatur fauore Clericorum, Ecclesiasticarumq; personarum, quibus exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò competit. Imol. in cap. si cautio. n. 20. vers. Item, in eadẽ glo. de fide instru. cum alijs de quibus Duenn. in reg. 361. in prima limit.

177 Sed huiusmodi limitatio minus est tuta, vt patet ex deductis ab eodem Duenn. ibid. in vers. contrariam tamen opinionem.

178 Decimosexto non procedit quando confessio est adminiculata:

niculata: quoniam tunc probat veram numerationem. Cotta in Miscella. decis. 278. quæ incipit, Veneris. 24. Ianuarij, in manuscriptis; Vide in materia Afflict. decis. 150. Ias. in l. Titia. nu. 26. & seq. de verb. oblig. Rolan. cons. 17. nu. 8. & 9. lib. 1.

179 Quid si vnus testis deponit de veritate numerationis, & alius de confessione, an ad probandum coniungantur? Et pro negatiua, vide Parisi. in cons. 57. nu. 19. lib. 1. & num. 22. & seq. & præsertim nu. 29. 31. & seq.

180 Contrarium tenet Aym. de anti. tempo. par. 4. §. sed enim, num. 3. vbi alios citat. Vide sup. nu. 59. & seq. vbi latius est discussum.

181 Hic autem quæro. Venditns est fundus centum aureis, & venditor realiter habuit 50. & residuum est confessus se recepisse. Vicinus ex iure congrui vult retrahere. An illa confessio receptorum 50. illi præiudicet? Vide Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 18. num. 78.

182 His proxima est quæstio, confessi sunt emptor, & venditor extraiudicialiter contractum esse simulatum; An talis confessio probet ad fauorem vicini retrahere volentis. Tiraq. ibid. in §. 1. glo. 14. num. 55.

183 Opportunè etiam quæritur, an matrimonium coniugum confessione probetur, & communiter est admissum, vt confessio releuet ad Curt. Iuni. in cons. 27. nu. 2. Cephal. cons. 235. n. 57. & seq. lib. 3. Menoc. de arbitra. quæstio. 4. lib. 2. centu. secunda, casu. 103. num. 2. & 4. Mascar. conclus. 363. num. 4. Vide Magoni. decis. Lucen. 86. num. 3.

184 Quod intellige vt procedat vbi non tractetur de alterius matrimonij præiudicio, ad Deci. in cons. 133. nu. 1. & sentit Rota in decis. Caputaq. 208. par. 2. Porti. in cons. 30. nu. 55. d. cons. 435. nu. 60. Menoc. d. casu 103. num. 6. Mascar. concl. 363. nu. 6. Ferret. cons. 193. nu. 8.

Et dummodo principaliter, & de per se, non autem incidenter facta fuerit. Cephal. d. cons. 435. nu. 58.

185 Rursus intellige quando vterque fatetur, & secus si alter tantum, vt declarat Deci. ibid. num. 2. & seq. Menoc.

d.casu.103.n.1.& Caputaq. in ead.decis. 208.n.2.& in decis.194.n.1. par.1.Quod si probaretur per testes Titiũ esse cõfessum,se promisisse accipere Seiam in vxorem,illãq;postea carnaliter cognouisse, talis confessio pro matrimonio contrahendo valet,pręsertim si aliqua alia præsumptio concurrat, ad Boer. in cons.40.num. 70. & seq. Sed cessat hodie hæc disputatio ex dispositione sacri Concilij Tridentini in Sessio. 24. cap.1. de Reformatione.

186 Tertio declara vt locum habeat cum tractatur de fauore matrimonij, eiusque probatione,secus autem si de illius dissolutione ageretur. Caputaq. d.decis. 194. Foller. in practi. crimi.in rubri. & si confitebuntur, num. 129. Abb. in cap. consanguinei, num.5. de sent.& re iudi. Vide infra in cap. 3. artic. 2.nu.36. Barbat.cons. 10. num. 1.lib. 2. At Menoc. in d. casu 103. num. 2.vers. secundus est casus,voluit vbi ambo Coniuges faterentur aliquod impedimentũ subesse, vt eis sit credendum,ex authoritate Abbatis ibi citati, sed loquitur de sponsalibus dissoluendis, secus de matrimonio, vt habes ibid.num. 8.

187 Cæterum vbi cum Coniugum confessione cõcuerrerent adminicula, probaret etiam ad dirimẽdum matrimonium. Caputaq.decis. 208.num.6.par. 1.

188 Statur ętiã secundum Rom.in cons.367.n.4.confessioni cõiugis contra matrimoniũ si emanat ab eo,qui pro matrimonio cõtẽdit.Cels.Vgo in cõs.105.n. 8. in fi. Barbat.cõs. 26.n.19.lib.4.Menoc.vbi sup.n.3.vers.quartus est,&n.10.

189 Declara etiam vt stetur confessioni coniugum in ipsorum dumtaxat,non autem in tertij pręiudicium. Areti.consil.13. num. 9.

190 Notandumq;est in his terminis,quod confessio matrimonij non potest diuidi,sed acceptanda est cum suis qualitatibus; Vide in pulchro casu, Caputaq. decis. 74. col. 9. vers. & in fortioribus terminis, li. 2.in manuscriptis,quæ incipit, Iacobus,& Catherina,vbi inquit, si vir confessus fuerit promisisse mulieri illam ducere in vxorem, & postmodum illam carnaliter cognouerit, adijciens quod non animo desponsandi, sed implendæ concupiscentiæ causa,quod hu-

iusmodi confessio nequit diuidi.
191 Est etiam notandum quod si adultera fateatur se ante coitum contraxisse matrimonium cum adultero, dicta confessio liberat eam à pœna, prolemque legitimat, ex relatis à Foller. in practi. crimi. in rubr. Et si confitebuntur, nu. 80. Vbi vide, & infra in secundo artic. cap. 3. nu. 36. vers. Quod si Petrus. Menoc. de arbit. quæstio. lib. 2. centur. 2. casu 103. num. 5.
192 Nec facilis est quæstio an creditor posterior, de cuius credito constat ex vera numeratione præferatur anteriori docenti de eius credito confessato: Et Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 82. in fine plures citat volentes vt præferatur.
193 Nec tamen est opinio satis tuta, quamuis æqua, vt inquit Ripa in l. priuilegia. nu. 23. de priui. credito. & Tiraq. vbi supra, num. 91.
194 His proxima est quæstio, an posterior emptor præferatur priori creditori de suo credito docenti per priuatam scripturam: in qua venditor fatetur se debitorem, Et Paul. relatus à Ripa, vbi supra num. 24. vers. sed dubium, tenuit vt præferatur, cuius opinionem Socin. in cons. 75. num. 14. vers. præterea arbitror, lib. 4. dicit non esse tutam, & contra illam consuluisse multos solemnes Doctores, quorum consilia penes se habet: Vide supra, num. 135.
195 Verior est autem Pauli opinio, vt inquit Ripa in d. l. priuileg. num. 24. vers. sed dubium est, quæ confirmatur pluribus authoritatibus licet ab illo non allegatis. Nempè ex Calcan. in cons. 29. num. 13. Negusan. de pignori. in secundo mem. 5. par. num. 30. & 48. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 7. num. 43. Gabriel. de probatio. conclus. 10. num. 1. 2. & 4. Caputaq. decis. 112. par. 3. in princ. qui videantur, & ipsemet Socin. in cons. 240. num. 3. vers. sed ego particulariter, lib. 2. non negat scripturam priuatam esse suspectam de fraude: quia facilè potest in ea describi tempus anterius in præiudicium aliorum creditorum.
196 Verum est autem & perpetuò notabis, quod sæpe in pluribus causis mihi attulit honorem, quod si per testes, vel
alio

alio modo probari poteſt veritas datæ in priuata ſcriptura contentæ, tunc creditor ex hac ſchedula priuata profertur poſteriori creditori, docenti dę eius credito per veram nnmerationem, & publicum inſtrumentum. Bald. conſil. 466. n. 4. lib. 5. Tiraq. in d.glo.7.n.55. Gabriel.d. concluſ. 10.n.9.& pluribus ſeq.Burſat.conſ. 103.n. 2.lib. 1.Caſſane. in Catalo.glor.mundi conſiderat. 99. verſ. duodecimo extende. Caputaq.d. deciſ. 112.num.2.

197 Vbi autem confeſſio ſit ſimulata,nec iuramento corroboratur. Roma. conſ. 521. num. 13.

198 Quæro autem ſi quis ſolemniter aliquid in iudicio ſit confeſſus etiam medio iuramento, ſi poſtea extra iudicium dicat falſum eſſe, quod aſſeruit, an huiuſmodi extraiudicialis confeſſio debilitet illam iudicialem? Et pro negatiua concludit Angel. in conſil. 309. num. 5. verſ. de ſecundo. Marſil. in .§, reſtat, numer. 3. in pract. crimin. Bar, in l. eos, nu.4. verſic. & tunc aut primo, ad l. Corneli. de Falſis, de communi Gabriel. concluſ. 52. in priucipio de Criminali.

199 Quid de confeſſione facta in publico inſtrumento, qua Octauius fatetur habuiſſe à Cæſare, ſcuta mille, ſi poſtmodum probet per teſtes tempore celebrati contractus nullas interueniſſe pecunias? An ſit abſoluendus? Et concludendum videtur pro negatiua: quia recepiſſe potuit ante inſtrumenti celebrationem: illaque verba habuiſſe,& recepiſſe non minus ad illud facti inſtrumenti tempus, quam ad præcedens referri poſſunt,& præſertim ita dicendum ſuadetur pro actus validitate,pro qua ſemper in dubio facienda eſt interpretatio, ad l. quoties in ſtipulationibus, cum alijs triuialibus de verb. obligat. Contrarium deciditur à Doctoribus in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus, vbi poſt Bar. Paul.& alios, Alex. nu. 14. teſtans de communi. Iaſ. nu. 16. Imol.n.11.verſ. Item aduerte quia licet, de verb. obligat. & habetur in deciſ. Tholome. 66. quæ incipit Romana pecuniaria, col. 2. in manuſcriptis, vbi videas.

200 Quid ſi quis fateatur ſe vſurarium? an talis confeſſio ſibi præiudicet? Et Bald. & alii relati per Maſcard. in con-

clus. 356. num. 45. tenent pro affirmatiua, quoniam talis confessio respicit conscientiæ exonerationem, etiam si facta sit absente parte, & extraiudicialiter: Intellige tamen si personæ nominentur, à quibus exegit, vt ibidem declaratur. Faciunt notata supra, nu. 42. vers. decimoquinto limitatur. Vide Decian. in cons. 23. nu. 72. lib. 1.

201 Nec insulsa est dubitatio, an confessio Parentum asserentium Caium eorum esse filium, ad probandam filiationem sufficiat? Solaque nominatio in filium non releuat. Parisi. in cons. 80. num. 50. lib. 2. Cephal. cons. 593. num. 16. lib. 4. Cardi. Paleott. de nothis spurijs fili. cap. 23. in princip. Mascar conclus. 790. num. 2. & conclus. 365. num. 7. Duen. qui ponit regulam, & fallentias in reg. 341. de communi. Deci. in cap. per tuas, num. 7. de probatio. Menoc. de arbitra. quæstioni. lib. 2. centu. 1. casu 89. num. 77. vbi alij congeruntur. Magoni. decis. Lucen. 86. ferè per totam.

202 Vbi verò alia concurrant adminicula, plenè probat Parisi. cons. 13. num. 6. lib. 2. Alex. cons. 88. num. 7. lib. 7. Rimi. Iuni. cons 432. nu. 30. lib. 4. Socin. in cons. 89. num. 4. lib. 1. Natta cons. 255. num. 2. lib. 2. Bertran. cons. 16. num. 5. lib. 3. in nou. Couar. super 4. Decretali. par. 2. §. 3. cap. 8. num. 7. Mascard. d. cons. 790. num. 10. Port. Imol. cons. 39. num. 55. & seq. Decianus autem in cons. 14. num. 21. & seq. lib. 4. inquit paternam nominationem multum operari.

203 Et contra tertium, nec facit aliquam præsumptionem. Mascar. d. conclus. 790. num. 6. vers. secundo loco, imò nec contra confitentem, nisi in illo actu, in quo facta est nominatio. Mascard. ibidem, num. 8. Vide tamen in num. 40. & 42. vbi nonnulla deducit in contrarium, quæ magis consonant.

204 Facta autem in actu, qui soli filio conuenit, satis probat ad Menoc. post alios ab eo relatos in cons. 18. num. 22. lib. 1. & in dicto casu 89. num. 78. vt puta pater in iudicio ex professo confessus est Aurelium esse eius filium, Menoc. ibid. num. 79. Gozadi. cons. 12. n. 21. Paleo. in d. c.

23.num.2. Mascar. vbi sup.num. 27.

Idemque si extra iudicium pater data opera filio præsente confessus est illum esse filium suum, Menoc. ibid.nu. 79. Et Gozadi. in eodem cons. 12.num. 21. Et an præsentia filij sit necessaria; Vide Mascard. ibid. num. 21. & 22. vel quando pater in eius libro domestico natiuitatem filij propria manu adnotauit. Menoc. ibid. num. 80. Paleott. d. capi. 23. num.2.vers. Adderem: Aliaque habes exempla per Couarru. in d. lib. 4. super decretalibus, par. secunda, cap. 8. §. 3. num. 7. & per Ias. in consil. 102, col. penul. vers. secundo ad idem, lib.4. & Mascar. in d.conclus. 790.num. 45.

205 Fallit etiam vbi essemus in antiquis, in quibus confessio sola sufficeret. Mascard. d.conclus. 790.nu.5.

206 Et quid iuris in nominatione aliorum, vt puta fratrum sororum, & similium, vide eundem, ibid. nu. 16.

207 Et an reiterata confessio magis operetur habes ab eodem in nu. 46. & 47.

208 Notandum est autem qnod tunc confessio huiusmodi filiationis prodest nominato, cum ipse ab alijs conuenitur, & secus est si ipse alios conueniat, ad notata per Grat. in cons. 62.nu. 9.lib. 2.cum alijs, de quibus Mascar. vbi supra, num. 23.

209 Et an idem iuris sit in nominatione patris, quod in confessione Matris, vel vtriusque parentis confessio requiratur aliaque quamplura ad materiam; satis habes discussa per Mascar. ibidem vbi plures alias refert ampliationes, & limitationes, ibi vide, quoniam transplantare non libuit.

An autem credendum sit matri asserenti filium natum ex adulterio, vide Rolan. consil. 11. num. 2. & 10. de communi Viui. opinio. 485. Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 2. centu. 1. casu. 89. num. 27. vbi refert stultum fuisse illum Regis filium, qui matri credidit se non Regis, sed militis esse filium, & propterea Regno renunciauit, ad Mascar. conclus. 356.

210 Vnum tamen silentio non est prætereundum, quod iuxta

Mascar. ibid. num. 15. talis nominatio in filium licet concurrentibus coniecturis constituat filium in quasi possessione filiationis, transferatque onus oppositum probandi in aduersarium id procedit in præparatorijs iudicij, & secus est in decisione causæ, nisi aliter coadiuuetur, vt inquit Ias. ab eo citatus in cons. 102. col. penul. vers. quinto ad idem facit, lib. 4. Proinde opus est, vt alia concurrant adminicula, ad Gozadi. in consil. 13. num. 53. vers. duodecimum.

211 Sequitur videre an confessio hæredis, super fideicommisso sufficiat ad probandam existentiam ipsius fidei commissi, & Illustrissimus D. meus Cardinalis Mantica de Coniectu. vlti volunta. lib. 3. in principio, num. 28. distinguit referre an constet adesse fideicommissum, sed dubium est de mente, & tunc declaratio facta ab Hærede sibi, & successoribus suis præiudicaret, aut non constat de aliquo fideicommisso, & tunc confessio non præiudicat. Subdit tamen vbi dubia essent verba, & mens testatoris, quod tunc ex mente Bar. ibi citati declaratio spectaret ad Iudicem, vel etiam ad Principem, vt inquit, num. 31. Decian. tamen in cons. 1. num. 310. & seq. lib. 1. tenet fideicommissum probari ex confessione grauati, & in consil. 76. num. 11. lib. 3. Vide eundem in consil. 10. num. 77. & seq. & in cons. 44. num. 78. ibid. & in cons. 89. num. 24. eod. lib. 3. & Ruin. in cons. 128. num. 18. lib. 2. adnotauit, quod licet non sit in facultate confitentis inducere fideicommissum, tamen ex confessione probatur illud, iam factum ab eo, qui disponere potuit. Vide ibi deducta, nu. 1. 4. 8. & 15.

212 At non sine controuersia transit apud scribentes an ius declarandi transeat in Hæredes, & pro affirmatiua tenuerũt Parisi. cons. 11. num. 40. lib. 3. Rolan. in cons. 66. num. 19. & seq. lib. 4. Menoc. cons. 279. num. 18. lib. 3. cum alijs, de quibus idem de arbitra. quæsti. lib. 1. quæstio. 68. nu. 31. vbi plures citat.

213 Cæterum partem negatiuam frequentius amplexi sunt scribentes, vt per Curt. Iunior testantem de communi in consil. 120. numer. 11. in fin. Et Riminald. Iuni. in con-

fil.

fil. 254. num. 34. & seq. vbi similiter de communi, lib. 3. Rolan. in conf. 100. num. 73. lib. 4. Pute. decis. 25. fuit tentum, lib. 1. in manuscriptis. Gig. de Pension. quæstio. 77. nu. 24. cum congestis à Gabriel. concl. 3. num. 74. vbi in fine testatur de communi de reg. iur. Quæ tamen in pluribus casibus limitatur, & declaratur, vt habes per eundem ibidem, num. 75. & pluribus seq. & latè etiam per Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 1. quæstio. 68. num. 31. 37. & pluribus seq. vbi videre poteris, cum non sit nostra materia, ideo non prosequimur.

214 Nec leuis est quæstio, an dominium partis cõfessione probetur, & Ruin. in conf. 26. in princ. lib. 1. post alios, quos refert, tenet pro negatiua, quando agitur ad rem vendicandam, pro qua faciunt notata per Franc. Marc. decis. 615. Aretin. consil. 14. num. 8. & per Valas. de iure Emphitę. quæsti. 9. num. 7. & 8. Diuerso. decis. 63. quæ incipit, Die 18. Decẽbris: in manuscriptis. Menoc. consil. 91. num. 37. lib. 1. Vide deducta in meo tracta. de Iuram. Par. 4. in effect. 110. num. 7.

215 Oppositum notat Aym. in conf. 157. num. 2. 5. & seq. cum alijs, de quibus Mascard. in conclus. 347. num. 111. vbi inter alios citat Areti. in conf. 36. num. 2. volentem, quod confessio facta absente parte super Dominio illud probet; Contar. autem in repetit. l. vnicæ in principio, in prima opposit. num. 7. voluit præsumptiuè probari. C. si de momen. poss. Refertq; ibi plures modos, quibus probari valet, num. 6. & multis seq.

216 Et mihi videtur nullã adduci cõgruam rationem cur dominium ex partis confessione plenissimè non probetur: Et vel dicendum est dominium nullo modo, millesque probationibus esse probabile, quod dictu esset insulsum, vel præ cæteris modis præsertim probari confessione partis; Nam passim admittitur, vt quamuis dominij probatio difficilis sit (vt inquiunt ferè omnes) pluribus tamen modis probari valet, & signanter cum titulus concurrit emptionis, prætij solutio, possessionis traditio, sequuta

emptoris

emptoris possessione, tunc enim dicitur plenè probatum, ad Parisi. in cons. 104. nu. 59. 60. & 93. lib. 1. Caputaq. decis. 281. num. 1. Probatur etiam & alijs modis, de quibus Ias. in l. rem, quæ nobis, num. 28. & seq. de acqui. poss. vbi Ripa, num. 33. & pluribus seq. Grauat. ad vestri de positio, & artic. cap. 14. num. 38. lib. 5. Boeri. decis. 42. per totam Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 2. casu 41. Thobi. cons. 73. per totum, Mascar. de probatio. conclus. 537. num. primo. Contar. vbi supra, num 6. & pluribus seq.

Si ergo dominium pluribus modis est probabile multo magis probari valet ex partis confessione, quæ est cæteris omnibus probationibus potentior, & quæ maior est quocunque publico instrumento, vocaturque Regina probationum, vt deductum est supra in cap. primo in princ. Et quæ tanti ponderis est, vt tollat præsumptionem iuris, & de iure, quamuis contra eam probatio in contrarium non admittatur, vt ibidem deduximus, num. 7.

218 Et nescio videre, qua ratione respondens partis positionibus, fatendo contenta in eis esse vera sibi præiudicet, eaq; confessio contra ipsum plenè probet in omnibus, quæ in positione continentur, vt deduxi in meo tracta. de iuram. parte secunda artic. 2. num. 7. Cur non idem si fateatur rei controuersæ dominium spectare ad aduersarium.

Et pro hac sententia faciunt notata infra in cap. 9. art. 2. nu. 11. vers. Tutorisque confessio, & vers. seq. & Fulgo. in cons. 5. num. 2. vers ad id de quo quæritur.

Et probatur ex claro textu in l. certum. §. sed si fundum ff. de confess. qui videatur, vbi dicitur ad literam: Sed et si fundum vendicem meum esse, tuque confessus sis, perinde teneberis, atque si dominij mei fundum esse pronunciatum esset, probat ergo is textus, quod etiam si rei vendicatione agatur, sufficit partis confessio ad dominium probandum. Vide etiam Boeri. in decis. 211. numer. 24.

219 Nec ea ratio, quæ ponderari solet in oppositum quicquam concludit, quod scilicet Dominium sit magis,

iuris,

iuris, quam facti, & in his quæ iuris sunt confessio nil dat, aut tollit, vt refert Aym. in d. cons. 157. num. 6. quoniam non dicimus dominium ex confessione acquiri, vel transferri, sed quod iam acquisitum, & translatum probat eo ipso quod fatemur rem spectare ad Aduersarium, quem asserimus per prius illud acquisiuisse. Probat ergo iam quæsitum, non de nouo inducit, veluti facit in omnibus alijs casibus, in quibus confessio probat contra confitentem. Nam probat præcedentiam eius rei ita se habere, vt confessio cantat, & res patet ad sensum, ponderatq; Ruin. in consil. 128. num. 18. lib. 2.

220 Nec quicquam concludit alia ratio, quod confessio non numeratur inter modos acquirẽdi dominij, vt refert Guid. PP. omissis alijs, in decisio. 272. num. 1. Nam non dicimus, vt dominium ex confessione quæratur: sed quod prius quæsitum probat. Veluti dicitur quod confessio non inducit obligationem, sed debiti præcedentiam, & consequenter ipsam obligationem probat, vt inquit idem Guid. PP. in decis. prædicta, num. 2. in fin. & nu. 3 sentitque Valas. de iure Emphi. quæstio. 9. nu. 8. vers. verum est, vt ista componas, & Ruin. in cons. 90. nu. 10. lib. 5.

Verum est autem quod si confessio emanat in his, quæ iuris sunt, vel in his, quæ à nostra potestate non dependent nil operatur, vt deductum est supra in cap. primo, num. 46. & 47.

221 Hic quæritur oportunè, an confessio sufficiat ad probandum rem esse feudalem? in quo, à maioribus nostris in diuersas sententias est itum: Placetque magis opinio affirmatiua, quam post alios ab eo relatos tenuit Io. de Imo. in clemen. prima. num. 29. de iureiu. Boeri. decis. 211. nu. 24. licet Curt. Iuni. in cons. 140. nu. 6. dixerit ex huiusmodi recognitione rem effici feudalem, & ita senserit etiam Ripa in responso. lib. 2. cap. 28. num. 3. Sed maximos, & grauissimos in hoc habent contradictores. At ponderato effectu potest illorum opinio saluari. Principalemq; conclusionem, vt confessio probet rem esse feudalem tenet post Dyn. & Bald. ab eo relatos, Iacobi. de feud. super ver. in-

uestiui

ueſtiui talem, num. 15. & ſequitur Mozi. de feud. in tit. de his, qui feud. dare poſſ. num. 24.

Hinc dixit Tyber. Decian. in conſ. 44. nu. 77. lib. 3. quod ſi defunctus confeſſus fuit aliquam ex his rebus hæreditarijs eſſe feudalem, huiuſmodi confeſſionem non poſſe reuocari:

Et quamuis Purpurat. in conſil. 6. num. 24. lib. 1. & Menoc. in conſ. 378. num. 58. lib. 4. & in conſ. 395. nu. 47, & ſeq. ibid. pluresque alij contrarium voluerint, etiam quando confitens, ſciens rem eſſe ſuam confeſſus fuerit eſſe feudalem, vt nec tunc præiudicet, quo caſu permultis placuit oppoſitum, vt per Purpurat. in d. conſ. 6. num. 24. Areti. in conſ. 14. num. 8. in fin. & per ipſummet Menoc. in conſ. 1. num. 87. lib. 1. Nihilominus applaudit ſententia. Alciat. in præſumpt. 21. nu. 13. reg. 3. Vt ſcilicet talis confeſſio non faciat præiudicium eo caſu, quo conſtaret rẽ verè eſſe ipſius recognoſcentis alias eo non conſtito ſtandum eſſe confeſſioni, quod & rurſus affirmauit in conſ. 12. num. 2. lib. 2.

Conſonat enim æquitati, vt qui per errorẽ confeſſus eſt rem ſuam propriam eſſe alterius ſibi non præiudicet, ad Menoc. in conſ. 162. num. 28. & ſeq. lib. 2. Sed vbi ceſſat error, non datur congrua ratio quare non ſit ſtandum confeſſioni, ex deductis ſupra, num. 216. & pluribus ſeq.

222 Quęritur etiam an attentata partis confeſſione probentur? Vide Lancellott. de attentat. par. 3. cap. 26. num. 70.

223 Minoris autem confeſſio regulariter non præiudicat. Vide limitationes per Maſcard. de probationi. in concluſ. 371, & nonnulla videas infra in cap. 8. artic. 5. num. 1. & pluribus ſeq, Signanter autem adnotabis, quod ſi minor confeſſus ſit fuiſſe ſibi redditam rationem adminiſtrationis à ſuo tutore, vel curarore, quod ſibi non præiudicat. Ruin. in conſ. 135. vbi latè lib. 1. & in conſ. 95. n. 13. lib. 5. Vide ibi citata in oppoſitum, num. 1. & ſeq. & etiam Rimi. Iuni. in in conſ. 338. num. 49. lib. 3. Et in omnem euentum illi daretur in integrum reſtitutio, l. certum. §. in pupillo. verſ. minorem. ff. de Confeſſ.

224 Tan-

224 Tandem vulgare eſt, vt erronea confeſſio non præiudicet: At opus eſt concludenter de errore docere. Vide notata infra in cap. 3. artic. 4. num. 27.

225 Idque procedit etiam ſi fuerit repetita, & deliberata. Maſcar. concluſ. 378. num. 2.

226 Et idem ſi fuerit iurata. Maſcar. ibid. num. 3. & infra in cap. 3. artic. 4. num. 28.

Caput Tertium, in quo agitur de iudiciali confeſsione, & etiam de extraiudiciali, quatenus attinet ad cauſas criminales. Quod diuiditur in quinque articulis ſubſequentibus.

De Iudiciali confeſſione, quoad cauſas ciuiles, articulus primus.

De Confeſſione extraiudiciali, quatenus reſpicit cauſas criminales, articulus ſecundus.

De Confeſſione iudiciali ſponte facta in criminalibus, articulus tertius.

De Confeſſione facta in tormentis, vel metu torturæ, articulus quartus.

De exceptionibus ad euacuandas confeſſiones, vel in iudicio, vel extra iudicium, ſeu ſponte, ſeu tormentorum metu ctas, articulus quintus.

SVMMARIVM:

1 *Confeſſus pro iudicato habetur, & num. 2. 3. 4. & ſeq.*
5 *Quid ſi confeſsio fiat coram iudice non ſedente pro Tribunali?*
6 *Quid ſi ſit geminata?*
7 *Facta in vno, an probet in alio iudicio? Declaratur, num. ſeq.*
9 *Confeſsio ficta tertio non obeſt.*
10 *Quid ſi fiat coram Notario abſente Iudice?*
11 *Quid ſi coram Iudice, ſed non in figura iudicij?*
12 *Quid ſi facta coram Iudice incompetente? & num. ſeq.*
13 *Facit eſſe locum torturæ contra confitentem, & num. ſeq.*

71 Con-

Caput Tertium:

De Confeßione Iudiciali in Ciuilibus, Articulus Primus.

1 CONFESSVS pro iudicato habetur, l. 1. ff. de Confess. cum alijs similibus, de quibus sup. in cap. primo in principio, & per Marsil. in pract. crimi. in. §. postquam, num. 39. & seq.

2 Hinc est quod cōfessio facta in iudicio paratam habet exequutionem, veluti iuramentum, & sententia. Angel. in l. certum. §. confessi, num. 2. ff de confess. & prohibita est appellatio. Couarr. pract. quæstio. cap. 23. num. 5. vers. secunda conclusio.

3 Intellige tamen in ciuilibus, & secus est in causis criminalibus, ad Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus, in principio, ff. de quæstioni. Corne. in consil. 55. col. 2. vers. & insuper dicit, lib. 4. & in cons. 160. col. 2. vers. tamen his non obstare lib. 3.

4 Et ad effectum vt facta dicatur in iudicio necesse est, vt fiat coram Iudice sedente pro tribunali. Abb. in cap. At si clerici, num. 6. vbi Buttri. num. 7. de Iudici. Alex. in cons. 30. nu. 2. lib. 7. Rom. consil. 5. num. 2. & cons. 357. nu. 2. de communi Maran. in sua practi. in 6. par. in 5. actu Iudicio. num. 30. Necessaria si quidem est Iudicis præsentia ad

Cagnol. in l. 1. num. 73. C. de pact. Syluan. cons. 7. num. 16. de communi. Mascard. conclus. 344. n. 7. & conclus. 348. num. 24. Boeri. decis, 90. num. 8. Marsil. in practi. crimi. §. postquam, num. 7. Folleri, in sua practi. in rubri. Et si confitebuntur, num. 7. par. 1. Capra in tracta. de notorio post regulam 95. in primo mem. num. 36.

5 Factaque coram Iudice non sedente pro tribunali facit umtaxat semrplenam, Mascar. d. concl. 348. num. 27. Et dindicium ad torturam, ibid. num. 26. & in conclus. 351. num. 7. Boeri. decis. 90. num. 8. Foller. in d. Rubri. Et si confitebuntur, num. 8. Nisi fuerit reuocata, ibidem. Vide Purpurat. in l. 2. num. 140. vers. septimo quando, C. de eden.

6 Et si esset geminata plenè probaret, ad Mascard. ibid. num. 28. cum latè congestis, supra cap. 2. num. 14. vers. tertio limitatur.

7 Reuocant nonnulli in dubium an confessio facta in vno probat inter easdem partes in alio iudicio: de quo actum est supra in capit. 1. num. 54. vers. quinimo nec confessio, vbi vide, quoniam iusta occasione ibi deductum fuit.

8 Quod intellige, vt procedat in vera confessione, secus autem in ficta, quæ alio iudicio non præiudicat. Mascard. de probationi. conclus. 348. num. 32. Nisi in casibus, de quibus ibi num. 34. & seq. Foller. in practi. crimi. in Rubric. Et si connfitebuntur, in 4. par. num. 23. 42. & 54. Corne. in cons. 97. col. 2. vers. quinimo ficta, lib. 4. Iaffred. decis. 282. Bero. cons. 196. num. 29. lib. 3. contumaciam.

9 Prout hæc ficta confessio à statuto ob contumaciã inducta alteri non obest, vt habes in consil. 28. lib. 2. cons. crimi. Bero. cons. 197. num. 2. & 3. lib. 3.

Et si pereat instantia in qua facta est, non prodest in alia. Iaffred. decis. 282.

10 Quid ergo si confessio facta fuerit in actis coram Notario absente Iudice? ad Bal. in l. iubemus, num. 1. C. de libe. cau. Maran. in d. 5. actu iudicio. num. 30. vers. Sed posset dubitari plures citat asserentes non dici confessionem iudicialem. Marsil. in sing. 329. col. penul. vers. alius est casus,

sus, videlicet in confessione, & in d. l. 1. num. 10. in fin. de quæstio. Bossi. in practi. crimi. in titu. de Confess. num. 47. vers. & similiter non valeret. Aretin. in cons. 349. num. 12. col. penult. propè fin. Mascard. d. conclus. 344. num. 8. & in conclus. 348. num. 52. Marsil. in practi. crimi. §. postquam num. 17. Blanc. in sua practi. in §. Datis defensionibus, nu. 61. fol. mihi 745. Folleri in d. Rubri. Et si confitebuntur, n. 8. & 10. par. 1. Vide etiam infra in secundo artic. huius 3. cap. num. 4.

11 Quid si facta fuerit coram Iudice, sed non in figura iudicij? Nec tunc facit effectum, ad Bald. in l. iubemus. num. 1. vers. ex qua nota. C. de libe. cau. Angel. in l. 1. nu. 5. C. de Confess. Capra. de notorio post regulam 65. in primo mem. num. 36. Clar. in practi. crimi. quæstio. 21. vers. sed hic cadit.

12 Quid de confessione facta coram Iudice incompetenti? Et non habere iudicialis confessionis vires tenuerunt Abb. in d. c. At si Clerici, n. 5. de Iudi. vbi Anti. n. 6. Felin. n. 5. idẽ in c. qualiter, & quando. §. licet autem, n. 9. de accusat. Ias. in l. Magistratibus, n. 3. de iurd. omn. iudi. Bossi. de confess. n. 47. 48. 50. 51. & seq. Alex. consil. 30. num. 3. lib. 7. Capi. decis. 179. num. 6. Ruin. cons. 57. num. 6. lib. 1. Bologn. ad Anani. in cons. 12. num. 8. Syluan. cons. 7. num. 26. in fin. Vide Magon. in decis. Lucen. 91. num. 8. Pluresque congerit Ancara. quæstio. 5. in prima parte. Marsil. in practi crimin. §. postquam, num. 12. Vide Capiti. decis. 179. num. 1. & 5. & notata supra in cap. 1. num. 9. & seq. Purpura in l. 2. num. 139. vers. quinto limiteris, C. de eden. & in cons. 453. num. 9. lib. 2. De confessione clerici coram Iudice seculari habes per Mascard. in conclus. 348. num. 4. & seq. & num. 19. & habes infra in hocmet cap. 3. articulo 3. num. 19.

13 Placetque distinctio Io. And. relata per Angel. in l. secunda, num. 3. ff. confess. quod vbi sumus in casu. quo Iurisdictio Iudicis incompetentis consensu partium est prorogabilis, tunc confessio attenditur. Sin autem prorogari nequit, tunc confessio nullius est momenti: quam distin-

ctionem

ctionem: Folleri. in d. Rubri. Et si confitebuntur, num. 1. in princ. asserit communiter esse receptum, par. 1. Vide deducta infra in cap. 6. vers. pro quo facit, nu. 7. Et in hoc met artic. 1. num. 18. vers. Quid vbi confessio. & nu. 19. vbi habes de confessione clerici coram Iudice seculari, quam Butri. in cap. at si clerici, nu. 3. de Iudici. inquit nil operari coram Iudice Ecclesiastico, vide tamen eundem, ibid. num. 15. vbi notat per indirectum operari, si ex ea insurrexit infamia & vide etiam in num. 28. & ibidem Imol. num. 6. tenentem valere veluti extraiudicialem, & ibi habes effectum, & vide in num. seq.

14 Valet etiam prædicta confessio coram incompetenti Iudice facta veluti extraiudicialis, multumque operatur, Capi. decis. 179. nu. 1. & plures alij ex proximè citatis idem affirmant, & benè Rota in decis. Putei. 288. quæ incipit in vna Burgen. lib. 2. in manuscriptis.

15 Operaturque inter cætera vt confitens cogi possit à Iudice competente confessionem illam confirmare, vel infirmare, iuxta Bald. relatum ab Oddo in tracta. de restitut. in integ. quæstio. 25. artic. 2. num. 5. Imò iuxta eundem Bal. & alios torqueri posset à Iudice competente, vt in confessione perseueret, ad Bald. in capit. per inquisitionem, num. 2. de electio. Soarez inter communes super verb. Confessio coram Iudice, num. 257. Boeri. dedis. 90. num. 8. Ias. in l. Magistratus, num. 3. de Iurisd. omn. Iudi. & num. seq. vbi num. 5. dat huic conclusioni quatuor limitationes.

16 Primò scilicet quando Iudex prorsus esset incompetens, quoniam eius iurisdictio nequit prorogari. Ad quod faciunt deducta sup. n. 13. Secundo nisi talis confessio reuocata fuerit. Tertio si illa verisimilis non esset. Quarto si facta fuerit ob aliam causam, ibi vide, & etiam Folleri. in d. rubri. Et si confitebuntur, num. 1. propè fin. par. prima. Mascar. 352. num. 1. & num. 7. vbi firmat, si reuocata fuerit coram Iudice competente, vt nullum faciat indicium; Vide Bero. in consil. 202. numer. 21. & 22. Lib. 3.

17 Et vbi cum hac confessione coram incompetenti Iudice facta alia adminicula concurrant, plenè probaret. Ias. vbi sup. num. 9. Felin. in cap. at si Cleric: num. 5. vers. secundo: allegat Bald. de Iudici.

18 Quid vbi cōfessio fiat in iudicio nullo? Et processus nullitas confessionis vires non tollit. Abb. in cap. 2. num. 26. vers. & hoc quia de ordi. cogni. Ias. in l. certi cōditio. §. si nū mos, n. 35. Si cer. petat. Afflict. decis. 182. nu. 2. Magō. decis. Lucē. 25. n. 44. Ianuē. decis. 60. n. 2. Mascar. cōcl. 344. n. 4. & in conclus. 348. n. 4. vbi habes de Confessione clerici corām Iudice sæculari: de qua vide in oppositum Angel. in l. 1. nu. 2. de confess. & nu. 4. Mascard. conclus. 352. num. 5. & latius in conclus. 357. Felin. in cap. At si clerici, nu. 5. vers. tertio allego Bal. de Iudici. videque in cons. 94. num. 34. lib. 1. consil. criminal. Bossi. de confess. num. 40. Angel. in prima par. consil. Crimi. in cons. 94. num. 34. Plures limi-

20 tationes recitat Folleri. in sua practi in Rubri. Et si confitebuntur, numer. 65. par. prima. Felin. in capit. qualiter. §. licet autem, num. 2. vers. quid autem. de Accusat. Marsil. in practic. §. postquam, num. 30. & 56. Cotta in memoria. super verb. Confessio partis. Vers. quintum singularem effectum. Purpurat. in l. 2. num. 141. vers. tertio etiam si iudicium. C. de eden. & in consil. 453. num 9. lib. 2. Capra in tracta. de Notorio post reg. 65. num. 29. 30. & seq.

21 Intelligas autem id non procedere vbi processus nullus sit ex defectu iurisdictionis. Marsil. in sing. 201. versic. potes tamen limitare, & in practi. crimin. §. postquam, numer. 12. & sequen. Folleri. in d. Rubri. Et si confitebuntur, num. 2. par. 1. Rimi. Iuni. in cons. 126. num. 15. lib. 2. Capra. vbi supra, num. 31. & 38.

22 Rursus declara id non procedere, cum processus est nullus, quia nulla præcedebant legitima indicia. Vt refert Mascard. in conclus. 351. numer. 2. qui videatur.

23 Quæ conclusio, vt valeat confessio non obstante nullitate processus multimodè declaratur à Bossio in titul.

de Con-

de Confess. num. 40. vbi videre poteris, & habes nonnulla in oppositum infra in capit. 6. versic. pro quo facit, numer. 7.

24 Verumtamen oportunè quæritur, an idem dicendum sit, vbi extet confessio ficta à statuto in alicuius contumaciam inducta? Et Marsil in practi. in §. postquam, nu. 36. tenet idem operari, quod facit vera confessio. Oppositum habes ibid. num. 59.

25 Quod verum est vt procedat si confessio principaliter, non autem incidenter facta fuerit, Abb. in d. cap. 2. num. 26. in fine. Faciunt notata supra in cap. 2. num. 82. vers. intellige etiam. Notatque Felin. in cap. qualiter. §. licet autem, num. 8. de accusatio. Vide infra in 3. articulo, num. 43.

26 Quid si iudicium sit nullum ob ordinis præposterationem? An in eo facta confessio præiudicet? Vide Felin. in d. cap. qualiter. §. licet autem, num. 10. Mascard. conclus. 357. num. 16.

27 Factaque coram Arbitratore non dicitur iudicialis. Roma. consi. 346. num. 6. Abbas in cap. Quintauallis, num. 29. de iureiu. Alex. consil. 13. num. 7. lib. 1. Estque sententia communis, vt inquit Mascar. conclus. 344. nu. 9. & in conclus. 348. n. 15. Maran. in pract. in d. 6. par. in 5. actu d. iudicio. num. 31 vers. Quid autem si confessio. Felin. in cap. præterea, num. 12. de testib. Vide citata in vers. seq. Necnon Marcabru. in consil. 86. num. 115. & seq. & Butr. in cap. Quintauallis, num. 25. vers. decimaquarta differentia, de iureiu.

28 Coram Arbitro autem qui iuris ordine seruato procedit dicitur iudicialis. Mascard. d. conclus. 344. num. 10. & d. conclus. 348. num. 14. Purpurat. in l. 2. num. 141. vers. & procedunt primo, C. de eden. Vide Angel. in l. 1. num. 4. C. de confess. & Butri. vbi supra. Decis. Pisana. 19. num. 33.

Et vbi Arbitro, vel Arbitratori data sit facultas pronunciandi parte etiam non citata, tunc confessio coram illis facta, probat etiam absente parte. Angel. in l. certum. §. si

quis

quis absente, num. 1. de Confess.

29 Quid de confessione facta coram vno ex pluribus Arbitris? Alex, in d. consil. 13. num. 9. lib. 1. dicit non valere.

30 Quid si confessio facta sit coram Delegato, non prçiudicat: quia non habet facultatem criminaliter condemnandi. Marsil. in practi. crimi. §. postquam, num. 13. Foller. in Rubri. Et si confitebuntur, num. 5. par. 1. Idem si alias patiatur iurisdictionis defectum. Purpurat. in cons. 446. nu. 5. lib. 2.

31 Quid si fiat coram vno ex pluribus Iudicibus? & non releuare asserit. Alex. in cons. 30. n. 6. lib. 7. Folleri. vbi sup. num. 6. Marsil. in singul. 309.

32 Quid aũt si facta sit corã populo, sed nemine accep tãte? Et non probare, sed dumtaxat facere præsumptionem habes à Capra, in d. tit. de notorio post regulam 65. in primo mem. num. 42.

33 Facta autẽ in iudicio ciuili an probet in criminali? Clar. in pract. quæsti. 54. vers. sed quid si exhibeatur, dubitat an plenè probet; Et ipse tenet, vt faciat tantum semiplenam, & pro negatiua. Vide Socin. in cons. 8. num. 6. lib. 1. etiam si fiat parte præsente, & in plenario iudicio, vt habes ibid. ad Felin. in cap. causam, quæ num. 22. de testib. & in capit. qualiter, & quando. §. ad corrigendos, num. 49. versic. est verum. quod circa de accusatio. Mascar. conclus. 34. num. 18.

34 Oppositum notat Felin. in d. cap. qualiter. §. ad corrigendos, num. 50. Ripa in l. 2. num. 41. C. de eden. Abb. in c. per inquisitionem, num. 12. vers. Contra quod oppono de electio. Vide citata per Mascard. in d. conclus. 34. num. 17. Caputaq. decis. 166. In Terdonen. lib. 1. in manuscriptis. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 3. & pluribus seq. de solutio. R. P. D. meus Seraphi. decis. 91. fuit conclusum in fine, lib. 1, in manuscriptis. Felin in cap. causam. quæ nu. 21. & ibi addit super ver. An confessio. de testib. Mascar. conclus. 348. vbi ampliat, & vide in conclus. 351. num. 4. Crot. cons. 167. nu. 53. & seq. lib. 2.

35 E, contrà, facta in criminali an probet in ciuili, pro negatiua habes Putei deuisionem primam, de confes. in manu scriptis, vide Caputaq. in decis. 5. supra citata 106. lib. 1. & Felin. in d. cap. causam quæ. nu. 22.

36 Contrarium habes in decis. Cæsa. de Graſ. 3. de solutioni. & in decis. R. P. D. mei Seraphini. 19. supra citata. limitat tamen idem d. meus in decis. 241. Circà, presupposítum col. 3. verſ. tertio concessio. lib. 1. vt non procedat si pars in eo iudicio vocata non fuerit, & vide Mascardus. in conclus. 351. num. 3.

37 An facta in iudicio summario probet in ordinario, & pro affirmatiua tenet Deci. in l. 2. num. 2. verſ. & prædicta distinctio. C. de eden. vbi Alex. num. 29. Mascar. conclus. 348. num. 9. & seq. vbi vide. & in num. 37. Cæsar. de Graſſ. decis. 3. num. 6. de solut. Areti. in cap. causam quæ. num. 24. de testibus. vbi Felin. nu. 7. & in diuerſ. decis. 156. nu. 2. par. 1. Rota firmauit, vt confesio in summario absolutè præiudicet in ordinario, sed præsumptiuè. Purpurat. in l. 2. num. 141. verſ. secundo etiam si facta. C. de eden. vide Maſ. in conclus. 348. num. 13.

38 Quod si fiat in libello præiudicat. Gabrieli. in conclus. 5. num. 3. de confeſſ. Mascard. conclusio 347. n. 19. Angel. in l. certum. §. si quis absente. nu. 12. de confeſſ. At si libellus esset nullus, confessio non releuaret. Alex. in cons. 30. nu. 4. lib. 7. Felinus in cap. qualiter. §. licet autem. num. 12. de accusat. vide in conf. 26. per totum. lib. 1. Consilior. Criminalium, & Marsil. in pract. §. postquam num. 31.

Quod si fiat in exceptionibus plenè probat. Crot. qui alios citat. in cons. 167. num. 61. lib. 2. Mascard. conclus. 368. num. 8.

39 Quid de confessione facta in rescripto nullo, & subreptitio? Aym. cons. 101. num. 6. firmat non obstante nullitate probare, quod repugnat proximè dictis. Vide deducta pro & contrà per Gabrieli. in conclus. 4. in principio. de confeſſ.

40 Quid de facta in precibus? probat. ad Gabrieli. d. concl. 4. Pedemon. decis. 138. num. 1. Vbi quod probat, etiam

si preces sint subreptitiæ & num. sequen.

41 Siquis in precibus quæ fiunt in Sacra Pœnitentiaria delictum fateatur, An talis confessio sibi præiudicet ad delicti probationem pro negatiua Caput aquen. decis. 387. quæ incipit: Confessionem concubinatus lib. 1. in manu scriptis. Vide supra, in cap. 1. num. 48. & 49.

Hinc est quod ex confessione facta in foro Pœnitentiali quis non potest deponi, nec ab officio remoueri; etiam si facta sit Episcopo, vel ipsi Summo Pontifici: quoniam tale delictum scirent, vt Deus. ad Anani. in cap. ex tuę. col. 1. vers. Nota quod ex confessione de simon. Vide infrà in cap. 3. articulo. 3. num. 24.

42 Confessio autem facta cotam Iudice inquirente præiudicat. Bal. in l. 2. num. 2. vbi Alex. num. 20. Cagnol. num. 128. C. de eden. Felin. in cap. causam. quæst. 1. nu. 23. vbi Anan. num. 23. de testibus. Angel. in l. 1. in fine. de priua. delict.

43 Quid si inquisitio sit nulla? Vide in lib. 1. cons. Criminabons. 101. num. 28. Rimi. Iunior in cons. 126. num. 18. lib. 2. Vbi consulit vt reus absoluatur.

44 Secus est dicendum in confessione facta in iudicio, in quo adest accusator. Felin. ibid. num. 23. vbi Areti. num. 23. Versiculo super secundo. Oppositum notat Mascard. in conclus. 348. num. 50. Vide Gabrieli. de confess. concl. 1. num. 11.

45 Confessio vnius ex sociis aliquid in iudicio fatentis, alteri non præiudicat qui id negat. Ruin. in cons. 92. num. 6. & 7. lib. 1.

46 Similiter & confessio vnius ex correis debendi facta, vel in iudicio vel extrà non probat contra alium correum. Soarez inter communes super ver. confessio, seu in iudicio. num. 240.

47 Totum oppositum voluit Bal. in cons. 389. num 1. vers. In contrarium lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 54. & decis. lauden. 63. num. 6. notatur, quod nocet quoad quale quale præiudicium.

48 Vbi verò plures sint, & quidam fatentur, & quidam ne-

56 Quid in confesso tantum? uel conuicto tantum? Carreri: in d. pract. crimin. in principio, num. 36. & 75. Foller. in rubri. Et si confitebuntur, numer. 66. par. 1. ibi vide.

57 Et si quis aliquid fateatur ad alterius interrogationem, huiusmodi confessio non praeiudicat confitenti, nisi quoad interrogantis interesse; & respectu aliorum nullum facit praeiudicium per clarum tex. in l. final. ff. de interr. action. Abb. in cap. quamuis. 25. num. 4. de sent. & re iudi. notatur in addit. ad Guid. PP. in decis. 254. super verb. Confessio. Riminal. in cons. 272, num. 20. 21. & seq. lib. 2. Afflict. decis. 245. num. 11. Aym, de antiq. temp. par. 1. §. & ad propositum, num. 24.

58 Hinc oportunè quaeritur, interrogatus Petrus an Pauli sit haeres. si id fateatur, an huiusmodi confessio prosit alteri absenti? Et Cyn. in Auten. Sacramenta Puberum. n. 13. vers. sed vbi Iudex, C. si aduer. vendi. tenet pro negatiua, faciunt in contrarium notata per Marcabru. in. cons. 29. num. 98. & pluribus seq.

59 Et semel confessus se haeredem in vna causa: nequit talem confessionem in alia impugnare nisi aliter doceat. Papazo. in addit. ad decis. Rotae, 34. num. 3. de procurator. in nou. Faciunt in oppositum notata per Mari. Anguiss. in cons. 266. num. 15. vbi vide, & quid iuris sit si cum alio litigans, quem cohaeredem credebat &, talem confessus fuerit, qui non est, an huiusmodi confessionem reuocare possit? Et pro affirmatiua. Vide Franc. in decis. 60. num. 16. par. 2.

60 Et si de iure haeres esse nequit, nec sibi ipsi praeiudicat; quoniam in his, quae iuris sunt, confessio nil dat, aut tollit. ex notatis supra in cap. 1. num. 46, vers. similiter in his.

61 E contra si aduersarium semel in iudicio fateatur alterius haeredem, amplius impugnare non valet. Gozadin. cons. 3. num. 19.

62 Et quamuis confessio tanti sit ponderis, vt deductum est sup. in cap. 1. in princ. Nihilominus in causa beneficiali, matrimo-

matrimoniali, & consanguinitatis non staretur confessioni rei ad fauorem Actoris. Rota decis. 2. num. 4. de lit. contest. in antiquiori. Barbat. in cons. 10. num. 2. lib. 3. Geminian. cap. 1. num. 6. de eo qui mitti. in possess. Boer. cons. 40. num. num. 73. Sed licet aduersarij confessio non iustificet titulum agentis si tamen eius probatio est aliqualiter debilitata per rei confessionem adiuuaretur. Barbat. in cons. 3. num. 63. lib. 4.

Et rursus declara eius vires habere locum si confessio sit verisimilis. Marsil. in practi crimi. §. postquam, nu. 8. Grammat. cons. crimin. 16. num. 2.

63 Acceptatio partis est necessaria, quamuis facta sit in iudicio. Ias. in l. qui Romæ. §. Cohæredes, num. 4. de verb. oblig. Gramm. voto. 16. num. 10. Socin. Iun. in cons. 88. num. 28. & 29. lib. 2. Ias. in repetit. l. admonendi, nu. 159. de Iureiu. & in l. error. num. 3. vbi de communi. C. de iur. & fact. igno. Alban. cons. 7. nu. 7. Mascard. conclus. 347. num. 3. 4. & seq. & in conclus. 348. num. 39. sed vide notata in num. 40. ibid. Gabriel. de Confess. conclus. 1. num. 3. cum congestis supra in cap. 1. num. 39. vers. est autem necessaria, & in vers. seq. Bossi. in practi. crimi. titu. de Confess. nu. 26. Vide Alciat. in præsump. 21. num. 6. reg. 3. vbi latè, & num. 8.

Et an sola partis præsentia sufficiat, discutit, & declarat Mascar. conclus. 347. num. 6. & sequen. Vide sup. in c. 2. num. 70. vers. an sufficiat sola. Ancara. quæst. 58. num. 1. par. 1.

64 Sufficitque Iudicis acceptatio. Ias. in d. §. Cohæredes, num. 4. Cagnol. in l. 1. num. 73. C. de pact. Rimin. in consil. 372. num. 35. lib. 2. Mascard. conclus. 348. nu. 41. & 45. vbi declarat. Marsil. in pract. crimin. §. postquam, num. 28.

Et absente parte facta non preiudicat. Mascar. d. conclus. 348. nu. 39. & 40. vbi vide. Fieriq; debet incontinenti, & facta cum interuallo non releuat. Marsil. in d. §. postquam, num. 29. in pract crim. Et vide sup. in cap. 2. nu. 71. vers. an autem incontinenti.

65 Quid

65 Quid si fiat coram Iudice, qui taceat? Et pro affirmatiua tenet Folleri. in pract. in rubri. Et si confitebuntur.

66 Etiam si facta sit Iudice acceptante, vel notario pro absente, stipulante, non præiudicat, nisi sequuta ratificatione. Bero. in cons. 206. num. 38. & 39. lib. 3. Vide latè congesta in meo tracta. de iuramen. par. 4. effect. 23. num. 4.

67 Confessio autem facta in responsione ad articulos probat, etiam facta absente parte. Practi. Papi. in for. excipien. contra positio: vers. primò quod nu. 2. Mascard. conclus. 347. num. 16.

68 Et quamuis confessio causam requirat, alias facta sine causa præiudicet, vt videbimus infra in cap. 5. Nihilominus vbi fiat in iudicio valet, & affert præiudicium, ad Iacobin. in l. si conuenerit, in secunda lect. num. 3. ff. de iurisd. omni. iudi. & in l. sicut maior. nu. 3. C. de repul. hæredi. Mascar. conclus. 348. nu. 7. & 8. vbi de communi. Vide infra in cap. 5. num. 10. & seq.

69 Proceditq; etiam si facta sit calore iracundiæ, nisi fuerit reuocata. Mascar. d. conclus. 348. n. 5. cum alijs, de quibus supra, cap. 2. num. 47. in 20. fallen.

70 Et vbi contra iudicialem confessionem fuerit pronunciatum, tunc illi contrauenire licet, quoniam amplius non præiudicat, cum fuerit impugnata, ex deductis supra in cap. 1. num. 57. vers. aduertas autem quod quando.

71 Et si doceatur de extraiudiciali confessione contraria multum deminuitur fides iudicialis confessionis. Rimi. iun. cons. 287. num. 7. lib. 3.

72 Quæro autem, Angelus inductus in testem aliquid fatetur in sua depositione: An talis confessio sibi præiudicet in alio iudicio, si pars illam alleget? & vti velit? Et pro negatiua concludit Rota in decis. 4. num. 1. de confess. in anti. Vide Papazo. in addi. ad decis. 34. num. 3. de procuratori. Et Capiti. in decis. 52. num. 4. Foller. in pract. in rubr. Et si confitebuntur, num. 29. & 32. in quo sibi præiudicet, vide ibid. nu. 69 par. prima, & Purpurat. in l. 2. nu. 142. C. de eden. Vide etiam Achil. decis. 5. de confess.

17 *Extraiudicialis confessio sufficit ad capturam.*
18 *Extraiudicialis confessio non sufficit, vt quis ordinaria pœna damnetur.*
19 *Sponte confessus mitius punitur.*
20 *In delictis quæ solo animo committuntur, vt puta Hæresi, confessio facit plenam probationem.*
21 *Operatur vt clericus beneficio priuari poßit, fitque indignus ad alia obtinenda, & nu. 22.*
23 *Et vbi requisita concurrunt facit indicium ad torturam.*
24 *Extraiudicialis confessio accusatoris, vel instigatoris prodest reo ad absolutionem.*
25 *Facta parte præsente facit indicium ad torturam: & nu. 27. & seq.*
26 *Confitens delictum ad sui defensionem an damnari posit?*
29 *Præmissa procedunt in confessione principaliter, non autem incidenter facta.*
30 *Et si confessio fiat tempore habili.*
31 *Quid de confessione facta post instantiam peremptam?*
32 *Requiritur etiam vt confessio fiat tanquam à reo, & secus est, si vt testis inductus crimen fateretur.*
34 *Sola delicti confessio an sufficiat ad condemnandum?*
35 *Vbi aliæ coniecturæ concurrant, plenè probat.*
36 *Matrimonium an confessione probetur?*
37 *Quid de confessione delicti in instrumento pacis?*
38 *Quid in confessione delicti contenta in literis, penès aliquem repertis? & num. seq.*

De Extraiudiciali Confeßione in Criminalibus,

Articulus Secundus.

Hactenus actum est de iudiciali confessione quid operetur in causis ciuilibus. Nunc particulariter videre libet de Confessionis effectu in causis criminalibus. Quæ materia cum sit cæteris vrgentior, respiciens hominis vitam, & sanguinem, venit diligentius discutienda: Et proponentur

etiam plures quæstiones in praxi frequentiores, particularique discussione perdignæ.

1 EVS igitur delictum vel extraiudicialiter, vel iniudicio fatetur, omisso capite negationis, quæ est extra terminos nostræ materiæ. Et si extra iudicium, vel clarè, & specificè certum delictum, vel in genere, vel obscurè, & aut cum expressione causæ, vel sine causa, vel parte præsente, aut absente.

Si verò fateatur in iudicio, & tunc vel sponte, vel cum tormentis: pluresque casus sunt distinguendi. Et pro faciliori expeditione, & vt ordinatius procedatur, de singulis agetur ad partem.

Redeundo ad extraiudicialem confessionem, quatenus attinet ad causas criminales: Nam quid operetur in ciuilibus, abundè visum est supra in capite secundo proximè præcedenti.

2 Regula constituitur, vt faciat indicium ad torturam. Angel. in l. 1. num. 6. ff. de Confess. Marsil. in pract. crim. §. diligenter, num. 76. & in lege de minore in princ. num. 29. de quæstio. Viui. opinio. 138. num. 5. late Carrer. in sua practi. crim in princ. num. 121. Vide in cons. 79. num. 4. & 5. in primo libro cons. crim. Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 22. in secunda par. Roma. in cons. 8. num. 1. Bursat. cons. 166. num. 20. lib. 2. Anan. in cap. de hoc. col. 2. vers. nota, coniuncta glo. de Simoni. Et infra cap. 5. num. 20. & infra, num. 4. Felinus in cap. olim, num. 9. vers. fallit nono, de rescript. inquit facere semiplenam probationem; Vide eundem in cap. At si clerici, num. 6. de Iudic. latè Menoc. qui materiam exornat in quæstio. 89. nu. 14. & pluribus seq. lib. 1. præsumpt.

3 Quæ regula procedit, dummodo confessio probetur à duobus contestibus. Viui. opin. 138. num. 6. Carrer. vbi
4 supra, num. 121. Vide supra in cap. 2. num. 54. vers. intellige suprascriptas, vel facta sit in actis coram Notario, licet absente

absente Iudice. Carreri. ibidem, num. 121. versic. Amplia etiam si fuisset facta. Vide supra in præcedenti articulo primo, num. 10. vers. quid ergo si confessio. Et an faciat indicium ad torturam, vltra citata sup. nu. 2. Vide Afflict. super constit. Regni, lib. 2. rubri. 10. num. 13.
5 Si quidem confessio probata à testibus singularibus etiã mille, non facit indicium. Carrer. in eodem princip. num. 121. vers. limita etiam.
6 Concludereque debet necessario. Proinde confessus se Titio dedisse venenũ, ex quo obijt, talis cõfessio nõ sufficit ad condemnandum, cum ferè impossibile sit scitu, an ex illo veneno decesserit. Foller. in pract. crimin. in rubr. Et si confitebuntur, num. 37. par. 1. & num. 86. par. 3. Thom. Gramm. in cons. crim. 36. num. 6.
7 Veluti petens absolutionem ab excommunicatione, necessario illam non fatetur, cum petere possit ad cautelam. Proinde probata absolutione, non dicitur probata excommunicatio. Deci. in cap. in præsentia, num. 18. de præsumpt. & in cons. 321. num. 10. Rota decis. 5, de exceptio. in anti.
8 Esseque debet verisimilis, habereque causam vel vtilitatis, vel honoris pro confitente. Viui. opinio. 138. num. 7. Carrer. in pract, crim. in princ. nu. 121. vers. intellige dummodo. Marsil. in l. 1. in princ. nu. 35. ff. de quæstio. & in pract. crim. §. postquam, num. 21. Foller. in sua pract. in titulo. Et si confitebuntur, num. 45. par. prima, & in secunda par. nu. 4. Mascar. conclus. 350. num. 18. & seq.
9 Vbi enim non sit verisimilis non affert prçiudiciũ. Mars. in d. §. postquam, num. 8. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 33. par. 1.
10 Esseque debet clara, continens locum, & tempus commissi delicti. Carrer. in dicto principio suæ practi. num. 121. vers. intellige dummodo. Boss. de Confess. num. 43. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 13. par. 2. Mascard. d. conclus. 350. num. 16.
11 Et debet esse possibilis. Vide Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 36. par. 1.

12 Et si confessio facti sit in his, quæ à iuris dispositione dependent, nil operatur. Exemplum, si quis fateatur se furtum commisisse in re sua, vtiq; cùm furtum in re propria nõ cadat, confessio non attenditur. Similiter si quis dicat se fecisse contractum vsurarium, qui iuris dispositione nõ est talis, confessio non præiudicat. Vide Crauet. conf. 48. num. 7. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 16. in prima par. cum alijs, de quibus sup. in cap. 1. num. 46. vers. similiter in his, & vers. seq.

13 Et si est geminata plenè probat, Foller. vbi supra proximè, num. 37. Vide Mascard. in conclus. 350. num. 24. & supra in cap. 2. num. 14. & in hocmet 3. cap. artic. 1. num. 6.

14 Limitatur vt non procedat in clericis, qui ex confessione extraiudiciali torqueri non possunt, nisi essent infamati, etiam si mille adessent indicia. Vide Mascar. in conclus. 350. nu. 12. & 14.

15 Cautela est ad tollendum effectum ne faciat indicium ad torturam, vt extraiudicialis confessio reuocetur, quoniam reuocata non sufficit vt confitens torqueri possit. Carrer. in pract. in princ. num. 121. vers. vbi quod debet esse. Boer. decis. 90. num. 9. Et inquit Bal. quod cauti debent esse Aduocati, vt illam reuocare faciant: quam asserit reuocari posse etiam non docto de errore sequitur Ias. qui illum refert in l. Magistratibus, num. 6. ff. de iurisd. omn. iud. dicens, nota perpetuo istam limitationem in practica: Facit Foller. in d. rubric. Et si confitebuntur, num. 1. versic. istud examen, vbi omnino vide, par. 1. & infra, numer. 29. versic. & vbi incontinenti in 4. articulo huius 3. capitis. Menoc. lib. 1. præsumpt. in quæstio. 89. num. 25. Ancara. quæstio. 58. num. 8. par. 1. Boeri decis. 90. num. 9. Aduertas autem quod iuxta sententiam Nicolai de Matarel. relatam à Pari. de Syndi. super verb. tortus. capit. 7. num. 3. si cum confessione facta in tormentis alia concurrerent, quod tunc reuocatio non prodesset, nisi reuocans contrarium probaret, & clarè, vel contraria indicia offuscaret. Ibi vide.

16 Dubi-

16. Dubitatur autem si quis sponte confessus, reuocet eius confessionem, nec velit in eam perseuerare, an per torturam ad perseuerandum cogi valeat? de quo vide Foller. vbi supra, nu. 114. & ibidem. num. 1 vers. istud tamen. Quod si verum est, vt torqueri possit, ad quid inseruit cautela Baldi, vt confessio reuocetur? Teneas igitur cum alijs, quod stante reuocatione non sit locus torturæ. Et argumenta eorum, qui contrarium sensere, leuia sunt, vt inquit Menoc. in d. quæst. 89. num. 25.

17 Sufficit etiam extraiudicialis confessio, vt Iudex possit ad capturam procedere. Angel. in l. 1. num. 6. vers. item est sufficiens, vt quis possit. ff. de confess. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur in 2. par. num. 24.

18 Et licet satis non sit, vt quis possit ex confessione extraiudiciali ad ordinariam pœnam condemnari, operatur nihilominus vt in pœnam extraordinariam puniri valeat. Angel. in d. l. 1. nu. 6. vers. item sufficiens est. Marsil. in pract. crim. §. diligenter, nu. 78. Foller. in rubr. Et si confitebuntur in 2. par. num. 23. & infra, num. 26.

19 Sponte si quidem confessus mitius est puniẽdus. Foller. in pract. in rubr. Et si confitebuntur, nu. 82. par. 1. infra in fine tertij articuli huius tertij capitis.

20 Et quoad delicta quæ solo animo committuntur, vt puta in Hæresi, est plena probatio. Angel. in d. l. 1. nu. 6. vers. & vbi delictum. Foller. ibid. num. 139.

21 Operatur etiam, vt clericus beneficio priuari possit. Angel. in eadem l. 1. num. 6. versic. sufficit etiam vt possit.

22 Fitq; indignus ad alia obtinenda. Angel. ibidem.

23 Et vbi concurrant prædicta requisita, vt puta partis præsentia, causæ expressio, cũ loco commissi delicti, nedũ facit indicium ad torturam, sed plenè probat. Foller. in eadem rubr. par. 3. num. 33. præsertim si interuenerit iuramentum, vt habes ibidem, & notat Mascard. in conclus. 350. num. 23.

24 Prout è conuerso extraiudicialis confessio accusatoris, vel instigatotis prodest reo ad absolutionem. Follerius

vbi

vbi supra, num. 35. par. 2. Paris. cons. 67. num. 117. & seq. lib. 3. Gramm. cons. crimi. 53. num. 8. vers. hor quanto magis latius Menoc. qui plures cumulat quæst. 90. in princ. lib. 1. præsumpt. Afflict. super constitut. Reg. lib. 1. rubr. 13. num. 41. Decian. cons. 83. num. 20. lib. 3. Quid è conuerso? An confessio vulnerati deponentis se à Mæuio fuisse vulneratum, contra illum faciat indicium? Afflict. vbi sup. num. 40. vers. 8. quæritur.

25 Quid si huiusmodi confessio super delicto facta sit parte præsente? Mascar. refert contrarias sententias, & verius videtur vt faciat tantum indicium ad torturam, vt inquit in conclus. 349.

26 Quæritur an confessus fecisse homicidium ad sui defensionem damnari possit? Et quoniam confitens habet contra se iuris præsumptionem, quia dedit operam rei illicitæ, talis confessio diuidi potest, & in parte dumtaxat acceptari, ex his, quæ notata sunt supra in cap. 1. num. 20. vers. at non mediocris est difficultas. Et consequenter constat de homicidio ex propria confessione, & nisi illa qualitas necessariæ defensionis à reo probetur, est in casu condemnationis ex ibi deductis. Nihilominus ex tali confessione non punietur pœna mortis, sed alia mitiori, iuxta Marsil. in pract. §. postquam, num. 24. cum alijs, de quibus supra, num. 18. versic. & licet satis non sit, Capiti. decis. 155. num. 11.

27 Reuocatur autem in dubium an confitens occidisse hominem, sed ad sui defensionem, torqueri possit, vt magis explicitè deponat? Vide Foller. in pract. in rubr. Et si confitebuntur, num. 48. par. 1.

28 Attamen Angel. in sæpe citata l. 1. num. 6. in fine de Confess. asseruit, quod vbi de crimine in actis ex partis confessione vel alias etiam ex quouis inordinato processu apparet, imponi potest pœna quantumcumque grauissima & subiungit, quod nota tu Iudex maleficiorum, quia si capis bannitum, remedium est, vt facias illum confiteri, si verè maleficium commisit, & huiusmodi confessione, vt inquit, extorta, tam exequendo bannum, quàm ipsam con-

fessio-

fessionem, poteris eum capitali pœna punire. Aduerte tamen ad notata infra num. 34. & ad deducta in 3. artic. sequen. quæ videas, & præsertim num. 6. 8. & sequentibus pluribus.

29 Procedunt autem præmissa, si confessio facta sit principaliter, non autem incidenter. Bar. in l. si confessus. num. 3. ff. de custo. reo. Marsil. in l. 1. in princ. num. 36. de quæstio. & in pract. crim. §. postquam, nu. 9. & in singul. 329. in princ. Foller. in pract. crim. in rubr. Et si confitebuntur, num. 31. par. 1.

30 Rursus declara, vt procedat si confessio fiat tempore habili, vt puniri possit. Si quidem si lapsum esset tempus a statuto, vel à iure iuxta terminos, l. querela. C. de falsis, ad inquirendum præfixum, cum præscripta sit actio fisco competens, talis confessio non præiudicaret. Marsil. in supradicta l. 1. num. 37. & in d. §. postquam, num. 10. & in singul. 329. vers. nam si reus. & in cons. 46. num. 25. & seq. Foller. in pract. in d. rubr. Et si confitebuntur, nu. 30. par. 1. vbi nonnulla in appositum adducit, eaq; conciliat, ibi vide, & Mascar. conclus. 341. num. 5.

31 Quid de ea quæ fit post peremptam instantiam? Foller. in dicta Rubri. & si confitebuntur. num. 67. par. 1.

32 Requiritur etiam, vt confessio fiat tamquam à reo, & inquisito, ad effectum, vt sequi posset condemnatio. Nam si quis in testem inductus aliquod crimen in eius depositione fateretur, vtiq; ex tali confessione damnari non posset. Rota decis. 4. num. 1. de confess. in anti. cum aliis de quibus supra num. 72. vers. quæro aut Angelus, in primo articulo huius tertij capitis.

33 Amplius declara, dummodo confessio sit verisimilis, habeatq; alia requisita, de quibus supra. num. 8. versic. esseq; debet. cum versiculis sequen.

34 Notandum est autem. quod sola delicti confessio, vbi non præcedat infamia, vel criminis notorietas de iure Canonico non sufficit ad condemnandum, licet Iudices seruent contrarium, vt inquit Carteri. in sua prac. in principio, num. 17. & seq. vide suprà, num. 28.

Vbi

35 Vbi autem cum criminis etiam extraiudiciali confessione aliæ coniecturæ concurrant inducitur plena probatio. Socin. Iun. in cons. 90. num. 6. lib. 2. Putc. decis. 5. de confess. in manuscriptis, vbi Rota decidit ex confessione extraiudiciali, quod Titius Mæuium vulnerauit, & ex probata publica voce, & fama, quod Meuius obijt ex illo vulnere, probatum esse homicidium contra Titium ad effectum vt reddatur inhabilis ad beneficia. Vide Boss. in titul. de confess. num. 24. Capiti, decis. 179. num. 2.

36 Quid si Petrus confessus sit commisisse stuprum cum Angela virgine, tamquam eius vxore, quæ idem affirmauit, proinde Petrus fuit à tali pœna absolutus. Modo Angela petit eum in virum, is negat matrimonium. An talis confessio sufficiat. Pro affirmatiua vide Foller. in sua pract. in rubr. Et si confitebuntur, num. 132. par. 1. & notata supra in cap. 2. num. 183. & pluribus seqq.

37 Quid dicendũ si in instrumento pacis inter aliquos factę extet confessio alicuius delicti, vt puta vulnerum illatorum, vel homicidij, an ex tali confessione resultet indicium ad torturam contra confitentes? Et Marsil. in pract. crim. in. §. diligenter, numer. 178. post alios sibi relatos, distinguit; an pax fiat gratis, & libere, & tunc non faciat indicium, an fiat aliquo dato, vel recepto, & faciat indicium ad torturam, sequitur Carrer. in sua pract. in principio, num. 25.

38 An autem per literas penes aliquem repertas, quibus assassinus sibi significat se iuxta eius mandatum occidisse Titium, & ideo soluat pecuniam sibi promissam, probetur talis cõfessio per illarũ receptionẽ, & penes se retentionem, vt ex ea damnari possit? Pro affirmatiua facit l. si filius familias. ff. ad Macedoni. Mathesi. in notab. 22. Declarant Socin. Iun. in cons. 122. num. 30. & 31. lib. 2. Ias. in l. admonendi, num. 142. de iureiur. Alex. in cons. 78. num. 2. lib. 1. & cons. 147. num. 12. lib. 2. Paris. cons. 91. num. 2. & seq. lib. 1. Ancara. quæst. 48. par. 1. cum congestis à Gabriel. de præsumpt. conclus. 2.


39 Præcitati autem Doctores loquuntur in ciuilibus causis & ne-

& neminem vidisse memini de criminalibus loquentem, præter Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 129. par. 1. Vbi mouet hanc quæstionem, & nil decidit, remittens se ad Mathesila. in d. notat. 22.

Contrarium puto verius, vt non sufficiat ad condemnationem, sed dumtaxat ad torturam, motus recepta conclusione, vt probatio quæ sufficit in ciuili faciat indicium ad torquendum in criminali. Ruin. in cons. 158. num. 17. lib. 5. Boss. de falsis, num. 17. Rolan. in cons. 24. num. 15. vers. quia respondetur, lib. 1. Vide notata infra in capit. 6. num. 47.

SVMMARIVM:

1 *AN sola rei confeßio sufficiat ad condemnandum, & in delictis quæ sola animi deliberatione committuntur plenè probat.*
2 *In delictis, quæ vltra intentionem factum extrinsecum requirunt, distingue, & num. 3.*
4 *Solent Iudices curare, vt cadauer visitetur, & vulnera describantur, & num. 12.*
5 *Quid si vulneratus obierit ex malo regimine?*
6 *Sola confesio delicti, vbi non constet de corpore, an sufficiat?*
7 *Quid si fateatur occidiße hominem, cuius nomen ignorat?*
8 *Quid in confesione delicti in facto pertranseunte, cuius vestigia nulla remanent? & num. seq.*
10 *Vbi non constet de delicto confesio non attenditur.*
13 *Si promissum sit præmium occidenti bannitum, & Ioannes compareat dicens occidisse, idque medio iuramento affirmet, an sufficiat?*
14 *Ob plura latrocinia commissa factum est proclama promissumq. præmium reuelanti. Quid si plures reuelent? & num. seq.*
16 *Confesio socij criminis, aut correi, an faciat indicium ad torturam? & num. 17. & seq.*
19 *Cum quis interrogatur de consocio, vbi variet, statur potius primo, quam secundo dicto etiam in tortura.*
18 *Nominati à pluribus reis, an damnari posint?*
21 *Serui confesio an noceat Domino?*
22 *Confessus delictum, quia constabat de corpore delicti fuit vltimo supplicio affectus. Deinde compertum fuit alium fuisse homicidam, qui est carceratus, & fatetur, an vltimo supplicio damnandus?*
23 *Quid si is, qui iura sua cesit, criminaliter examinatus aliquid fateatur*



De

De Confeßione Iudiciali sponte facta in Criminalibus.

Articulus Tertius.

1 DEueniendum est modo ad Iudicialem confessionem, & primo ad sponte factam, absq; tormentis, & quoniam huiusmodi materia est vrgentissima, in qua tractatur de periculo vitæ, latius, & strictius responsione est ponderanda, cum non modica adsit difficultas an sola rei delictum fatentis confessio sufficiat ad condemnandum, ad Bossi. videndum in tit. de confess. num. 2. & 19. in pract. crim. Paris. de syndica. super verb. tortus, cap. 8. in princ. & ante eos. Bar. in l. si confessus, num. 3. ff. de custo. reo. Abb. in cap. qualiter 24. in fine de accusat. pluresque considerationes à prudente, & Deum timente Iudice sunt faciendæ: Ne cum alterius vitę discrimine errorem faciat: de quibus benè agit Clar. in sua pract. crim. quæst. 54. ver. quomodo autem dicatur. Et breuiter (vt ille admonet) ponderādum est, quod si simus in delicto, quod sola animi deliberatione, & confitentis intentione perficitur, vt puta in hæresi, & similibus, & tunc confessio sola sufficit, idque de plano procedit, vt dictum est supra in hocmet cap. 3. art. 2. num. 20.

2 Aut sumus in delictis, quæ vltra intentionem, & animi deliberationem, requirunt etiam facti exequutionem, vt puta, vulnus, homicidium, incendium, & similia, & tunc aut fatetur plura delicta commisisse, nil specialiter exprimendo, & ex tali confessione damnari non potest. Clar. ibid. in d. ver. quomodo autem. Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 100. par. 1. in pract. crim.

3 Si verò fateatur in specie, vel talem interfecisse, vel talia bona in domo Petri furto facto subtraxisse, vel

tale incendium in area Ioannis immisisse, vel stuprum cū Laura commisisse, vel quid simile patrasse, & tunc aut sunt delicta oculis subiecta, quorū post factum vestigia remanent, prout in homicidio, incendio, & similibus, Aut sunt crimina facti pertranseuntis, cuius nullæ reliquiæ apparent, vt in furto, adulterio, & similibus. Primo in casu in delictis oculari inspectioni subiectis, nisi per inspectionem seu visitationem a curia faciendam appareat de corpore delicti, nequit reus ex sola confessione puniri. Marsil. in pract. §. postquam. num. 6. Ias. in l. error. num. 14. C. de iur. & fac. igno. Gramat. decis. 2. n. 38. Rim. Iun. cons. 127. nu. 19. 20. & seq. lib 2. & in cons. 426. num. 6. lib. 4. Bero. cons. 168. num. 4. 5. & 6. lib. 3.

4 Hisq; casibus solent Iudices perquiri facere cadauera eorum, qui interfecti fuerunt, & diligenter inspici facere vulnera, eaq; describi a Notario. Et adnotari cum omnib. eorum qualitatibus. Clar. ibidem. Gramm. cons. crim. 16. num. 4. & in decis. 48. num. 4. sed vide etiam in num. 8. & 9. Foller. in rubri. & si confitebuntur. num. 34. Paris de syndica. super ver. confessio. cap. 1. num. 5. quid si fateatur occidisse Titium, eiusq; corpus in mari proiecisse? Vide Menoc. de arbitra. quęstioni. lib. 2. centu. 3. casu 269 nu. 4.

5 Quid si Mæuius fateatur vulnerasse Titium, & ex illo vulnere periisse, & constet obiisse ex malo regimine? An damnari possit? Vide pro negatiua Foller. in d. Rub. & si cōfitebuntur. num. 111. par. 1.

6 Quærit Angelus in l. certum. num. 2. ff. de confess. An confitens in iudicio se Tarquinium occidisse in tali loco, si aliter non constet de corpore delicti, possit confitens ex sola confessione damnari? refertq. contrarias opiniones ibi vide sed magis placet negatiua, quam veriorem existimo, vide Grammat. in decis. 48. num. 7. & pluribus seq. vbi opponit & in decis. 34. nū. 58. Io. de Ami. in cons. 131. num. 9. vide Bossi. de confes. num. 19. & infrà in 4. articulo subsequenti. nu. 14. & 22. & in hocmet. 3. artic. num. 10.

7 Quid autem si fateatur occidisse hominem, cuius nomen ignoratur? Et si constet de corpore defuncti damnari potest.

test. Foller. in d. Rubri. & si confitebuntur. nu. 105. par. 1.
8 Secundo verò casu, in delictis facti pertranseuntis, quorum nulla remanent vestigia, quæ videri possint, distinguas, Aut cum confessione rei partis etiam querela concurrit, & tunc iuxta Bossi. a Claro relatum vbi in dicta quæst. 55. vers. quomodo autem reus cōdemnari potest. Facit Gram. in decis. 34. num. 58.

Aut nulla querela partis interuenit, nullumq; adest inditium, solaq; confessio partis reperitur, nequit esse locus condemnationi. Clar. ibid.

10 Imò vbi non constat de delicto, etiam si reus millies sit confessus, est locus absolutioni. Nec solent Iudices ad aliquem actū deuenire nisi inprimis habeant aliquas probationes de delicto, Bursat. in cons. 166. num. 2. & 3. vbi alios citat, lib. 2. Cum aliis de quibus supra. num. 6. Masc. de probation. conclus. 354. num. 1. & seq. vbi vide, quia refert plures limitationes.

11 Proinde cauti Iudices cum rei similia delicta fatentur facta pertranseuntis solent mittere Nuncios, vt capiant informationem, quatenus possunt minutam, & diligentem à vicinis, & aliis, qui verisimiliter esse quæunt informati, si aliquid inditij reperiant ad coadiuuandam confessionē. Alias inquit Angel. ibi relatus a Claro, sæpius innocentes impiè condemnantur. Et ita in facto seruari refert plures id
12 attestantes. Nec non & decretum Mediolan. Senatus desuper factum, Ibidemq; recenset in magno vitæ discrimine constitutum fuisse quendam Doctorem, qui consuluerat fore suspendendum certum furem, qui confessus fuerat plura furta commisisse, de quibus tamen aliter non constabat, de quo latè per Alex. in cons. 19. per totum lib. 7. quē omnino vide. & etiam Ludo. Cat. inter cons. Crim. in cons. 94. num. 8. & seq. lib. 1. & Carrer. in pract. Crmin. in principio. num. 169. Vide Gramm. in consil. crimi. 16. num. 5. Folleri. in d. Rubri. Et si confitebuntur. num. 34. par. 1.
13 Quæro de pulchro casu, propositum est præmium à Principe, vel statuto, occidenti Bannitum, fuit is interfectus, comparetque Ioannes asserens se illum occidisse, petens de

bitum occisori præmium: Et quod ipse illum interfecerit medio asseruit iuramento; Fuit Iudicatum sufficientem nõ esse probationem, & præmium non deberi: Deinde compertum est occisum fuisse nulliter bannitum; Fiscus prætendit Ioannem de homicidio teneri, de quo propria, & iurata ipsius confessione est conuictus. An talis ea sit, vt sufficiat ad condemnandum? Et pro negatiua concludit Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 44. par. 1.

14 Nec minus pulcher est sequens casus, ob plura latrocinia de nocte commissa, emissum fuit proclama, vt si quis socios reuelaret, non solum esset immunis à pœna, sed daretur vlterius præmium 200. ducatorum; Venit vnus, & socios reuelauit, & successiuè reuelarunt etiam alij, Dubitatur, an omnibus præmium debeatur? & primò tantum deberi. Vide Ias. in l. coniunctionum, num. 5. ff. de pactis.

15 Obstare videtur quod refert Foller. in. in d. rubr. Et si confitebuntur. num. 112. vbi ponit de simili proclamate quod reuelans furtum erit immunis, & inquit ipsum reuelantem posse de furto condemnari quod mihi non placet, ex his quæ deducentur infra nũ. 24. vers. nec silentio, & pluribus numeris subsequentibus.

16 Queritur etiam an confessio socij criminis, aut correi faciat indicium ad torturam contra correum? Communisque est sententia, quod faciat tantum indicium ad inquirendum, non autem ad torquendum, Carrer. in pract. crim. in principio, num. 122. Marsil. in sua pract. §. diligenter, num. 59. Foller. in pract. in rubr. Et si confitebuntur, num. 102. vers. Et dicit ipse quod in criminibus. par. 1. Gramm. in voto 6. num. 2. Bursat. conf. 239. num. 34. lib. 3. Alciat. in præsumpt. 10. num. 3. reg. prima. Menoc. de præsumpt. lib. quæst. 24. num. 34. Afflict. super constitut. Regni, lib. 1. rubri. 51. num. 14.

17 Declaratur autem in casibus, in quibus Iudici licet interrogare de consocijs, vt faciat indicium ad torturam, secus in alijs, in quibus non permittitur interrogare. Carrer. vbi supra, numer. 122. vers. fallit in casibus. Grammat.

decis.

decis. 28. num. 21. & 22. Vide infra in seq. 4. articulo, num 47.

18 Qui casus qui sint enarrantur ibid. à Carrer. vbi videas cum sint extra terminos nostræ materiæ, ideo non recensemus. Et declarat etiam Foller. in dicta rubri: Et si confitebuntur, num. 102. parte prima in pract. crimin.

19 Estque notandum, quod cum quis interrogatur de socio, statur potius primæ depositioni, quam secundæ factæ in tormentis. Deci. in cons. 175. nu. 8. Aret. cons. 60. nu. 1. vers. præterea quando.

20 Quid si tres latrones, & malefactores sigillatim alios nominent, possint nominati ex tali nominatione damnari? Vide Foller. in dicta rubr. Et si confitebuntur, num. 104. par. 1.

21 Quid de confessione serui an noceat Domino? Pro negatiua vide Foller. in ead. rub. proximè citata, num. 104.

22 Nec tacendus est alius nempè miserabilis casus. Carceratus est Sempronius pro homicida, examinatus, confessus est se illud homicidium commisisse, & quia constabat de corpore delicti stante confessione fuit affectus vltimo supplicio: Lapso postmodum certo tempore carceratus Titius pro alio delicto, non tantum id pro quo carceratus fuit est confessus, sed affirmauit se fuisse authorem illius homicidij, pro quo Sempronius condemnatus & punitus fuit, qui nullam in illo culpam habebat. Quæritur etiam an Titius pro huiusmodi confessione valeat condemnari. Et pro affirmatiua. Vide Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 41. Ias. in l. error. num. 14. C. de iur. & fact. ignor. Mant. in apotegmate 3. vide l. 4. & ibi glos. ff. de confess.

23 Quid autem iuris si cedens iura sua, criminaliter examinatus aliquid fateatur in præiudicium cessionarij, an talis confessio illi præiudicet in causa ciuili? Et pro negatiua habes in decis. Pute. 6. de confess. & Caputaquen. decis. 106. In Terdonen. lib. 1. Vtramque in manuscriptis.

24 Nec silentio prętereundi sunt quidā Iudices promittētes

reo

reo impunitatem, vel spondentes se gratiam à Principe impetraturos, si delicti veritatem fateantur, Nec enim leue, sed grauissimum est dubium an fides illis promissa, post delicti confessionem sit obseruanda, possitq; reus ex tali confessione damnari. Et pro vtraq; hinc inde sententia maximę inducuntur authoritates. Senatus siquidem Pedemontanus sub nomine Principis cuidam insigni latroni saluumconductum concessit, qui sub eius clipeo venit ad Ciuitatem Thaurinensem, vbi statim captus, & ligato ad eius collum saluoconducto suspensus fuit, quod factum multis displicuit, vt refert Cagnol. in l ea est natura. num. 23. de reg. iur. Nec dissimile est quod refert Archidiac. in cap. vtilem. 22. quæst. 2. vbi asserit Alexandrum Quartum. (sunt alij qui dicũt de Alexandro Tertio. Cotta in memor. super ver. dolum bonum. vers. Hic quoque annecti) qui dolo adhibito cuidam Episcopo promisit imputato de simonia, si illam se commisisse fateretur, quod secum benignè dispensaret: Qua Pontificia promissione fretus Episcopus, illam coram Cardinalibus est confessus. Ob quam confessionem Papa illum deposuit; Aliaq; in id citat Felin. viden. in cap. afferte. col. 1. vers. Nota primò, de præsumptioni. Subiungitque Felin. ibid. vidisse nonnullos Iudices huiusmodi simulationem execrantes, prout ego semper abhorrendam consulo; cum etiam hosti data fides veniat obseruanda, iuxtà regulam triuialem, & ita sentit Imol. in cons. 109. num. 2. & seq. qui videatur. sequitur Deci. in repetit. l. cum pro eodem. num. 24. C. de sent. quæ pro eo quod inte. vbi citat Dyn. & Par. de Pute. idem tenentes. consonat Marsil. in cons. 32. num. 21. & 22. & idem in pract. crimin. §. postquam. num. 15. & in l. si quis obrepserit. num. 9. ff. ad l. Cornel. de fals. & in singul. 291. versic. pro hoc dicto. & Folleri. in sua pract. in Rubri. & si confitebuntur. num. 15. par. 1. Hancque communem esse sententiam affirmat idem Deci. in l. ea est natura. num. 7. vbi videatur etiam Cagnol. num. 20. & seq. similiter attestans de communi, pulchraque in id referens, digna vt videantur. de reg. iur. & ita etiam sentit Alciat. in l. natura

in id referens, digna vt videantur. de reg. iur. & ita etiam sentit Alciat. in l. natura cauillationis, propè finem, de iur. signifi. licet asserat in contrariam sententiam frequentius itũ, de quo dubitari meritò potest, vt patet ex tot doctoribus supra relatis, datam à Iudice fidem seruandam fore asserentium, vt egregiè vltra illos contendit Gramm. in 3. quæst. post suas decisiones, qui videatur. Et benè examinat. Couar. variar. resolut. cap. 3. nu. 16. vsque ad finem, lib. 1. qui similiter videatur, pluraque congerit Clar. in pract. crim. quæst. 55. vers. allegare etiam posset. Cui sententiæ concinit Vlpianus in l. 1. ff. de pactis, inquiens: Quid enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ inter eos placuerint, obseruare? Idem in l. 1. ff. de consti. pecu. inquit, hoc edicto præter naturali æquitati fauet, qui constituta ex consensu facta custodit, quoniam graue est fidem fallere.

25 Bossius autem in tit. de confess. per tortu. nu. 8. & seq. distinguit an impunitatis promissio fiat à Principe, vel à Iudice, asserens factam à Principe fore seruandam, num. 9. Secus autem factam à Iudice, quoniam caret facultate promittendi: nonnullaque in id cumulat Marsil. in sing. 177. vers. & vltra prædicta. Et ideo tenet num. 11. regulanter confessionem à reo factam præiudicare non obstante promissione à Iudice facta, & ita magis communiter tenere Doctores, quod non caret difficultate an verum sit, stantibus tot supracitatis, & grauissimis authoribus contrariæ sententiæ assertoribus.

26 Nec mihi consonat vt Iudex sub promissione veniæ reũ seducat ad fatendnm delictum, & postea decipiat; ne inde proficiscatur iniuria, vnde ius scaturire debet: vellemq; officialem esse talem, qualem designat, l. secunda. C. de ponderato. lib. 10. vbi dicitur talis sit, qui neque alios fallat, neque fallatur: Verba certè imperatoria maiestate condigna.

27 Est enim seruanda fides quæ datur à persona publica, vt post Bar. Bal. Oldrad. Alberi. & alios ab eo relatos inquit Ias. in l. conuentionum, num. 3. ff. de pact.

28 Inquit tamen Boss. vbi sup.num.14: quod is qui sub fiducia antedictæ promissæ impunitatis delictum est confessus, reuocet suam confessionem sub prætextu quod eam fecerit seductus à Iudice, dicatque illam non esse veram, ad Parid.de syndica.super ver.tortus cap.7.in princ.& quamuis Boss. ibid. opinetur vt ea confessio faciat indicium ad torturam, etiam reuocata, quod an sit verum, valde dubito, & pro negatiua magis sentirem, nihilominus operatur vt mitius sit torquendus, & satius est substinere torturam, quam stante confessione vltimo supplicio affici.

29 Tantoq; mitior erit adhibenda tortura, si nulla alia extent legitima indicia.vt Boss. inquit ibid. num. 15. At eius sunt sententiæ, vt stante reuocatione, & dolo extorta confessione per iudicem, vt nullo modo sit torquendus: Eamque fore reuocandam, consulit etiam Gramm. d. quæst. 3. num. 8. & 9.

30 Et fundamentum eorum qui iuerunt in contrariam sententiam consistit in eo, vt aliqua in tempore simulare ob suã, vel aliorũ salutẽ iustis etiã hominibus sit permissum, ad cap. vtilem. 22. quæst. 2. sed hic textus loquitur de simulatione quæ fit in propriam, vel proximi salutem, quod nostris terminis nullo modo applicatur.

Nec refragatur tex. in cap. quæritur eadem 22. q. 2. vbi habetur, quod Iacob mentiendo, & sibi profuit, & alteri nocuit, & tamen non reprehenditur, sed commendatur; quoniam ibid. incontinenti soluitur obiectio, dum subiungitur quod Iacob dicens se esse Esaü primogenitum, non est mentitus, quoniam emptionis titulo primogenituram acquisiuerat, & Esau illam vendendo, primogenitus esse desierat. Habuit igitur assertio Iacob fundamentum veritatis. Idemque habes in alijs exemplis relatis in d. cap. vtilem, & cap. quæritur. Ad idemque tendunt alia exempla, quæ alij referunt in hac materia, vt potè illud factum Salamonis de quo in cap. afferte. de præsumptio: quoniam Rex ille sapientissimus eam diuidendi infantis simulationem fecit ad optimum finem, non necandi, sed seruandi pueri, vereque

matri

matri restituendi, vt patuit ab euentu, consimulis prudentissima simulatio facta legitur à Claudio Cæsare, qui matrē quandā negantem, quendam iuuenem eius esset filium, qui verè erat, illam ad veritatem fatendam laudabili simulatione coegit. facto illi præcepto, vt iuuenem illum acciperet in maritum, quod cum illa facere abhorruisset filiationem agnouit.

31 Aliud consimile Salamonis decreto legitur de Carolo Magno, qui cum captos haberet patrem, & filium ex causa certi homicidij, quod nō dubitabatur ab eorum altero fuisse commissum, verus tamen interfector ignorabatur, præcepit magnus Imperator vtrunque suspendi; quo audito pater qui verè interfecerat, propriam culpam agnouit, innocentemque filium liberauit. hæc habes relata per Couar. in lib. 1. varia resolut. cap. 3. nu. 16. & per Boer. in decis. 166. num. 6. refertque Menoc. de arbitr. quæst. lib. 2. centu. 3. num. 14. & 15. casu. 270.

32 Hisce & similibus casibus cum recta intentione indagādæ veritatis, & alteri benificiendi non solum simulatio permittitur, at laudatur, sed inducere reum ad delictum fatendum sub impunitatis promissione, illumque postea decipere, & punire nimis abest à iusta simulatione, à iure permissa.

33 Concurro tamen in eam sententiā, vt liceat Iudici blandis verbis inducere reum ad fatendam veritatem: sed velle illum decipere sub impunitatis promissione nullo modo placet; & summopere singulis dissuadeo, adducens ad omnium memoriam præcitatam textus sententiam in l. 2. C. de ponderato. lib. 10. vt officiales neminem fallant.

34 Audi Isidorum relatum in cap. omne genus. 22. qust. 2. ita dicentem. Omne genus mendacij summopere fuge. nec casu nec studio loquaris falsum, nec vt præstes (idest vt glosa ibi exponit) alteri prosis, mentiri studeas; nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus. Nota candide lector, nec esse mentiendum, vt alijs prosis; Quid ergo vt noceas? Neque reticendus

est diuus Augustinus relatus ibid. in cap. seq. ita differens, si quis ad te confugerit, qui cum tuo mendacio possit à morte liberari, non es mentiturus, os enim quod mentitur occidit animam. Cum ergo mentiendo vita æterna amittatur, nunquam pro cuiusuis uita temporali mentiendum est. Hactenus Augustinus. Audebit igitur Iudex mentiri ad perdendam alterius vitam, si pro ea seruanda est prohibitum? Conuenit his beatus Chrisostomus relatus in cap. Iuramenti. 22. q. 5. dicens: Sicut in iuramento nullam cõuenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: quoniam vtrunque, & periurim, & mendacium diuini Iudicij pœna damnatur, dicente scriptura, Os quod mentitur occidit animam.

37 Valde autem prædictis constare videtur exemplum beati Francisci, qui cum esset Perusij, & quidam homicida aufugeret, quem ipse viderat, interrogatus à persequentibus illum, si inde transisset, posuit manum suam (ita inquiunt infrascripti) in maniconem suæ tunicæ, & respondit non transiuit hinc, intelligens per illum maniconem; & ita elusit insequentes pro salute illius homicidæ fugientis: Sed nulla adest contradictio: quoniam beatus Franciscus non est mentitus, nec vllum mendacium dixit, quod prohibitum est ex iuribus supra deductis. Sed veritatem tacuit, quod est permissum, ita refert Anan. in cap. qui cum fure, col. 5. vers. refert etiam Angelus de furt. & Sylua nuptial. super verb. Monitoriæ. num. 31. Angel. autem in l. 3. §. si tibi. num. 1. in fine de condic. ob tur. cau. refert, quod beatus Franciscus vt supra interrogatus, missa manu in eius auricula, respondit, non pertransiuit hinc: quod tamen ten-
38 dit in idem. Beatique Francisci exemplo alludit factum Patriarchæ Abraam, qui Sarræ eius vxori imposuit, vt diceret Aegyptijs se illius esse sororem. Vnde quærit diuus August. in præcitato cap. quæritur 22. quæst. 2. Cur Patriarca mentiri voluit? Et respondet, quod Abraam veritatẽ celare voluit, non mendacium dici, quoniam Sarra erat etiã soror illius, vt ibi deducitur. Tacuit ergo veritatem matrimonij pro salute viri, & veritatem dixit se afferens illius

 sororem.

sororem. Sic fecit beatus Franciscus tacuit veritatem circa transitum homicidæ, nullumque dixit mendacium, quod homicida per suum maniconem aut auriculam non transiuerat.

39 Quæritur etiam quid iuris si confessio sponte facta sit coram Iudice incompetente? & facit indicium ad torturam, confitensque compellitur ad perseuerandum in ea, de communi. Boer. decis. 9. num. 9. & præcedenti. Ias. in l. Magistratibus, num. 3. de iurisdict. omn. Iudi. Nisi Iudex esset prorsus incompetens. Ias. ibid. num. 5. Afini. in sua praxi. § 14. cap. 1. num. 7. vt puta in confessione clerici coram Iudice laico, Afflict. super constitut. Reg. lib. 1. rubr. 27. nu. 47. & in lib. 2. rubr. 10. num. 14. Afini. in d. §. 14. cap. 1. num. 10. latissimè Felin. in cap. at si clerici, num. 5. vers. vltimo ad hæc de Iudici. Clar. in pract. crim. quæst. 21. vers. sed hic quæro, & vers. seq. Obstant autem prædictis notata per eundem Afflict. ibid. lib. 1. rubr. 63. num. 4. vbi ex mente Bar. & aliorum, notat quod confessio facta coram Iudice incompetenti non probat coram competenti, etiam si coram illo fuerit ratificata, docetque cautelã vt iudex competens non faciat illam ratificari, sed principaliter faciat illum de nouo confiteri. Obstant etiam notata per eundem ibid. lib. 2. rubr. 23. num. 2. vbi refert contrarias sententias, & faciunt notata supra in hocmet cap. 3. artic. 1. num. 12. & seq. & in cap. 1. num. 8. & seq. Et posse Reum condemnari vbi de delicto constet ex confessione, etiam si processus sit nullus, habes in cons. 94. num. 5. in primo lib. cons. crimin. Ad quod facit tex. in c. 1 de accusat. in 6. & vulgaris ea cõclusio quod cõfessio non requirit telam iudicij, valetq; etiam facta in iudicio nullo. Abb. in cap. 2. num. 26. de ordi. cogni. Ias. in l. certi cognitio. §. si nummos, num. 36. si cer. peta. vbi dicit ita firmasse Barto. & cum illo sentire cæteros Doctores, & ab eius opinione non fore in iudicando recedendum, faciuntque congesta in meo tracta. de iuram. par. 2. artic. 2. nu. 97. & seq vbi quamplura adducuntur, & huiusmodi sententiam dicit vuulgatam. Felin. in cap. qualiter, §. licet

§. licet autem num. 2. vers. ex quibus remanet de accusatio. cum congestis ab Hyppol. in cons.41.nu.7. & seq. Pedemon.decis. 109.nu.13.Maran.in pract.in 5.actu iudicio. nu.24.par.6.Boss.in tit.de confess.num.40.Rolan.cons.31. num.5.lib. 1.Vide intra in hocmet cap.in 4.art.nu. 36.quæ videntur obstare, sed verè non obstant.

Intelligas autem si confessio sit principaliter facta. Abb. in d.cap. 2.nu.26.vers.& hoc quia. Felin.in d.cap.qualiter. §.licet autem,nu. 9.vbi addit. Vide tamen Capit.in d.decis.179.per totam,pluresque alias limitationes ponit Felin. vbi sup. ibi videri poteris.

Distingue tamen an cõfessio nulla sit,vt pote quia indebitè extorta,vel nulla sit quia facta in processu nullo,quoniam prout in primo casu non facit præiudicium, ad Hippol.viden.in cons.46. nu.5.Rolan.cons.31.nu.7. lib.1.Vide tamen Rimi. inter cons.crim. par.8.in cons.105.nu. 20. & notata infra in seq.4.art. num.36.

40 Et si facta esset coram notario absente Iudice, adhuc facit indicium. Ias. in d.l. magistratibus,num. 5. de iurisd. omn. iud. Asin. in sua prax. §. 14. cap. 1. num. 4. Blanc. in pract. §. datis defensionibus, num. 62. Foller. in rubr. Et si confitebutnur, nu. 8. in pract. crim. Vide sup.in cap.3. artic. 1.nu. 10.

41 Idemq; dicendum de ea,quæ fit coram Iudice,non sedẽte pro tribunali.Mascar.de probatio.conclus. 348.nu. 26. Vide sup.in 1.art.num.11.in hocmet cap. 3.

42 Quid si Mæuius inductus in testem interrogatus an sciat & interfuerit tali delicto, & neget: Constetq;extra iudiciũ confessum fuisse quod interfuit, an ex hac extraiudiciali confessione torqueri possit? pro affirmatiua habes Foller. in sua pract. in d. rubr. Et si confitebuntur,num. 30.in prima parte.

43 Quid autem si quis inquisitioni respondens neget delictũ de quo inquiritur, Aliudq; incidenter fateatur? An talis confessio incidenter facta præiudicet? Et pro negatiua. Vide Afflict. in decis. 176. nu. 4. & supra in primo articulo, num.25.

44 No-

44 Notabis autem quod sponte confessus mitius est puniẽdus. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, nu.82. Felin. in cap. 1. num. 1. vers. limita etiam hoc, de Iudic. & in cap. at si clerici, num. 2. ibid. Hieron. Gabriel. in cons. 174. nu. 11. lib. 1. vbi firmat vltimo supplicio affici non posse. Rim. Iun. cons. 245. num. 57. 58. & seq. lib. 3. Nisi fateatur delictum, & neget qualitatem alterantem, quoniam tunc de ea qualitate conuictus pœnã non minuetur, ad Felin. in d.c. at si clerici, num. 2. vers. 2. limita.

45 Intellige vt procedat quando adhuc Iudex, aut aduersarius non fuit grauatus onere probandi, ad Felin. in cap. de hoc, num. 6. de simoni. Vide supra in 1. cap. 71. & seq. Attamen Alberi. de Rosate in l. 1. §. quæstioni. nu. 3. & 4. ff. de quæstioni. inquit id nunquam vidisse seruari, sequitur Rimin. Iun. in cons. 245. nu. 61. lib. 3.

46 Quid autem si confessio Iudicis suggestione fuerit extorta? Et eam fore nullam probat textus in. l. 1. §. in causa. vers. qui quæstionem. ff. de quæstioni. Vide deducta per Bursat. in consil. 201. nu. 81. l. b. 2. & in cons. 216. nu. 22. ibid.

47 Notabis etiam quod confessio delicti facta in iudicio facit rem notoriam, & valde præiudicat. Barbat. in cons. 70. num. 15. lib. 4. Corne. in cons. 44. in princ. vers. nam confessio, lib. 4. quod qualiter procedat, declarat ibid. col. 3. vers. Nec obstat quod in contrarium, ibi vide.

48 Facta tamen in carcere non solet præiudicare: quia confitens non est in sui libertate. Barbat. d. cons. 70. num. 4. lib. 4. Declaratur n. 15. & seq. quod licet detentus in carcerem præsumitur confitenti per metum, id non procedit cum fit præsente Iudice, quia Iudex non dicitur inferre metum, vt ibi dicitur n. 16. & si aliter diceremus, numquam confessio spontanea præsumeretur. Vide Mascard. de probatio. conclus. 353. nu. 17. & vide in num. 34. vbi sibi contradicit, & pro inualiditate, Vide Marsil. in pract. crim. §. attingam, n. 29. Rolan. cons. 17. num. 19. & 20. lib. 3. Mari. Anguiss. in cons. 260. num. 6. lib. 1.

49 Quod ampliatur vt procedat etiam si confessio sit geminata,

nata, & reiterata, cum duret eadem causa metus. Rolan. consil. 17. num. 34.

50 Nonnulla in oppositum refert Farinaci. in primo lib. quæst. suarum criminal. quæst. 35. num. 16. 17. & seq. quæ ibi conciliare conatur, ibi vide.

SVMMARIVM:

1 *Tortura communi iuri repugnat.*
2 *Ignoscendum est ei qui sanguinem suum qualitercumque redemerit.*
3 *Prodere se ipsum nemo tenetur.*
4 *Positioni criminosæ non est respondendum.*
5 *Testis interrogatus de facto vnde eius turpitudo detegi possit, respondere non tenetur.*
6 *Confessio facta tedio carceris non valet.*
7 *Confessio carcerati ad fauorem eius, qui illum carcerari fecit, non præiudicat.*
8 *Satius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.*
9 *Confessio facta in tormentis valde periculosa est, nec ei de facili præstanda fides, & num. 27. 30. & 41.*
10 *Membrorum suorum nemo dominus.*
11 *Gesta per vim, & metum sunt ipso iure nulla carcerato iniusta licet aufugere custode occiso.*
12 *Probationes in criminalibus liquidissime requiruntur.*
13 *Tortura permissa ob publicam vtilitatem.*
14 *Delinquentes puniri suadet æquitas naturalis.*
15 *Ipsimet delinquentes punitioni consentire videntur.*
16 *Qui malè agit, odit lucem.*
17 *Vbi veritas aliter haberi non potest, receditur à regulis iuris.*
18 *Testes coguntur ad examen si aliter veritas habere nequit, etiam hi, qui alias cogi de iure non possunt.*
19 *Etiam filius contra patrem.*
20 *Contra committentes grauia delicta procedi potest iuris ordine non facto, & ex processu informatiuo deueniri ad torturam.*
21 *Pœna vnius multis infert metum, vt abstineant à delictis.*
22 *Tortor autem religiosus esse debet.*
23 *Iudex implere debet pij patris officium.*
24 *Quæstiones non semper, nec in omni causa desiderari.*
25 *Probationum initium sumi non debet e domo rei.*

26 *In dandis tormentis personarum conditio ponderanda.*
28 *Dolori non est credendum.*
29 *Plæriq; in tortura constantes.*
31 *Confessio in tormentis facta non præcedentibus inditiis non valet, & num. 39.*
32 *Væ illis Iudicibus qui ad torquendum procedunt non præcedentibus inditiis.*
33 *Etiam si habeant plenum & liberum arbitrium in procedendo.*
34 *Quæ locum sibi vendicant etiam in crimine læsæ Maiestatis.*
35 *Confessio indebitè torti nec præiudicat alteri, si fuerit inductus, vt testis.*
36 *Taliq; confessioni non statur etiam pluries reiteratæ.*
37 *Veluti iudex nulliter processit ad capturam, ita suspicari potest, vt male processerit ad torquendum.*
38 *Alia ratio redditur.*
40 *Confessus delictũ, siue legitime, siue nulliter, ob non præcedentia legitima inditia morti traditur ex consuetudine, nisi confessio fuerit reuo cata, sed Iudices id facientes malè faciunt.*
42 *Ratificare nequit id, quod nullum est.*
44 *Dicta in nulliter torti nullum facit inditium.*
45 *Nullitas torturæ non tollitur ex nouis superuenitiis inditiis.*
46 *Imò confessio non attenditur, etiam verificato delicto.*
47 *Paria sunt, vel esse confessum in tortura, vel metu tormentorum, si fateatur nondum alligatus.*
49 *Perseuerantia Rei in confessione an sit necessaria, & quid in teste, num. 54.*
50 *Vbi cum confessione facta in tormentis concurrit etiam extra iudicialis confessio, probat, nec est necessaria perseuerantia.*
51 *Idem si confessio fiat à viro robusto.*
52 *Ratificatio quando legitime facta dicatur.*
53 *Intercedere debent tres dies.*
55 *Confessio facta in tormentis quando valeat reuocari?*
56 *Docto de errore potest reuocari, etiam si sit iurata.*
57 *At si reuocetur incontinenti non est opus de errore docere.*
58 *Confessio non attenditur, vbi aliter constet de veritate.*
59 *E contra non attenditur reuocatio, vbi cum confessione alia concurrant adminicula.*
60 *Reuocatio non admittitur in ficta confessione.*
61 *Reuocatio an fieri possit in secunda instantia.*
62 *Confessio facta in processu nullo an valeat? refert an sponte fiat, vel in tormentis, & num. seq.*
64 *Ratificatio facta eadem die torturæ nil valet.*
65 *Confessio carcerati in carcere pessimo, vel alias male tractati nullius*

Caput Tertium. Articulus Quartus.

RESTAT modo videndum de confessione facta in tormentis, vel eorum timore. In qua ob materiæ grauitatem, quam plura ponderanda occurrãt. Et pro faciliori enucleatione totam hãc materiam diuidemus in subsequentes quæstiones, & conclusiones, quæ dempta prima, sunt in praxi frequentiores. Primã aũt licet in praxi non contingentem, apponere oportuit, vt satisfieret quęsito facto ab vno ex Dñis meis obseruandiss. Ro. Ca. Prælato, qui huius articuli discussionẽ sibi fore gratissimã affirmabat. Quam post illius extensionem, ante tñ eius impressionẽ cũ illi ostendissem magnopere pro eius nobilitate simul, ac humanitate cõmendauit, licet id eius gratitudini ac magnanimitati, non nostris meritis sit tribuẽdũ.

Primum igitur discutiendum erit quo iure, aut iuris colore inductum sit, vt possit reus de Crimine imputatus torqueri, & per atrocissima tormenta cogi ad fatendum delictũ contra se ipsum: quo confessato veniat vltimo supplicio afficiẽdus? cũ repugnet iuribus & rationib. infra deductis.

Secundò, quid iuris si delictum in tortura fateatur, quæ illata sit legitimis non præcedentibus inditiis.

Tertiò, quid si post torturā nulliter illatam in illa confessione perseueret?

Quartò, quid si post reum minus legitimè tortum, delictumq; fatentem, & in confessione perseuerantem inditia superueniant, an iccircò torturæ nullitas validetur.

Quintò, quid si absq; tormentis, sed dumtaxat alligatus in loco tormentorum, & spoliatus, non tamen eleuatus delictum fateatur?

Sextò, qd dicēdū si in tortura delictū fateatur, sed posteà in cōfessione nō pseueret? Et an pseuerantia sit necessaria?

Septimò an ad condemnandum reum sola delicti confessio sofficiat,

Octauò an liceat, & quo sub prętextu reuocare cōfessionē?

Nonò, quid si confessio facta fuerit in processu nullo?

Decimò, quid si confessio ratificata fuerit extrà locum torturæ, sed eadem die, qua illata fuit?

Vndecimò, qd si carceratus positus fuerit in carcere pessimo, vbi fame, vel frigore maceratus, & impotens amplius ad resistendū cōfessus fuerit? & quid talis confessio operetur? Et quid si diu detentus fuerit in secretis carceribus, & longeuæ carcerationis tędio sit confessus?

Duocecimò, an reus legitime tortus, & delictum confessus, possit amplius torqueri, & de aliis delictis interrogari, de quibus nulla extant inditia?

Decimotertiò quid si Reus post delictū legitime, & plenè, probatum, tortus sit, & in negatione perseuerauerit? An veniat condemnandus, vel absoluendus?

Decimoquartò qd iuris si iudex reū semel tortū, nullis aliis supueniētib. inditiis repetat ad torturā? isq; delictū cōfiteat?

Decimoquinto, quid si tortus delictum fateatur, & pro sociò nominet Aurelium, an huiusmodi confessio contra illum faciat inditium ad torturam?

Quæstio Prima,

A D. primā quæst. quāuis tortura & iuris ciuilis Cōstitutionib. & Canonicis sanctionib. sit pmissa, vt proximę deducetur, Nihlominus repugnare videtur omni rationi, & naturali æquitati, & de directo contraria multis iuris cōis

regulis, in naturali iustitia & æquitate fundatis. Et imprimis durum impiumq; videtur, vt quis cum tot tormentis, & tormentorum generibus ad fatendum delictum contra ipsum compelli debeat, factaq; confessione damnari possit in vultimi supplitij pœnam, contrà tex. in l. 1. ff. de. bo. eorũ qui ante senten. mor. sibi consciue. Vbi dicitur à Principib.
2 esse decretum non nocere illi, qui suum corruperit accusatorem; nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluerunt. Si ergo ignoscitur reo corrumpenti accusatorem, & nouum delictum cõmittenti pro salute vitæ, quo pacto permittitur vt mediis cruciatibus & tormentis ad fatendum delictum sit compellendus?
3 Secundo repugnat legi, qua cauetur, vt se ipsum prodere nemo teneatur ad cap. quis aliquando. vers. Non tibi dico. de pœniten. distinc. 1. Pedemontan. decis. 66. num. 2. vers. Quæ conclusio fundatur.
4 Tertiò vrget in fortioribus terminis ea cõclusio qua firmatum est, vt positioni criminosæ continenti proprium delictum nemo respondere teneatur. ad Deci. in leg. final. nu. 6 C. de eden. & firmauit Rota. in decis. Caputaq. 327. nu. 4. part. 2.
5 Quartò si testis interrogatus de aliquo crimine à se commisso vnde propria turpitudo detegi possit, cogi non debet ad respondendum ad Felin. in c. cum causam. il pri. n. 10 vers. in quib. locis. de test. Vbi attestatur de cõi, multò minus mediis cruciatibus cogi debet reus ad fatendum delictum, vnde proprio gladio iuguletur.
6 Quinto admodum stringit recepta cõclusio, quod si carceratus positus fuerit in carcere pessimo, vbi frigore, vel alia de causa maceratus non valens tanto tædio resistere delictũ fateatur, huiusmodi confessio facta dicitur metu tormentorum, & confitẽti non præiudicat ex deductis infrà in 11. q. n. 65. Quantò minus præiudicare debet facta mediis asperrimis cruciatib. : q̃ lõgè magis excruciãt, vt patet ad sensũ. proĩde nõ videtur permittẽda tortura, si eius metu facta cõfessio nõ præiudicat, cũ lex frustratorios actus abhõetur. l. q. bis.

bis idem. ff. de ver. oblig. §. 1. Institu. Quod cum eo.

Et quia frustra expectamus id, cuius euetus nihil operatur, ad l. si quis ita scripserit, ff. de Hæredi. instituen. ad l. aliquando in fin. ff. ad Velleian.

Sexto valde obstat tex. in l. qui in carcerem. ff. de eo
7 quod met. cau. vbi dicitur ad literam: qui in carcerē quem detrusit, vt aliquid ab eo extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est nullius est momenti. Videantur Rimin. Seni. in cons. 140. num. 6. & pluribus seq. lib. 1. Marsil. in sing. 316. latè Natta in cons. 451. lib. 2.

8 Septimo facit regula triuialis, satius esse nocentem absoluere, quam condemnare innocentem. At sæpissimè (vt docet experientia, & infra tangetur) torquentur innocentes, etiam alienis pro culpis: quod impium est, & durissimū, vt ex beato Augustino deducetur infra, ideo tortura non videtur aliquo modo permittenda.

9 Octauo, nec parui est momenti, quod confessio facta in tortura, est valde periculosa, nec ei semper est præstanda fides, vt inferius deducetur; Ideo permittenda non videtur, ex quo est pœna atrocissima, & tam periculosam facit probationem.

10 Nono pro hac sententia facit l. liber homo. ff. ad l. Aquili. in qua dicitur, neminem esse dominum membrorum suorum, ad Catellia. in suis memoriali. super ver. debitor non potest: cum congestis ab Hippoly. qui videatur in singul. 651. Quomodo ergo permittitur vt torqueatur, ad effectum, vt fateatur, & sequuta confessione vltimo supplicio afficiatur? si nec potest obligare se vt fustigetur? vt ibidem notat Hippoly, & Felin. in cap. ex rescripto. num. 13. de iureiura.

11 Decimo valde vrget quod gesta per vim, & metum, sunt ipso iure nulla, vt latè deduximus in nostro tracta. de iuramen. par. 4. effect. 1. quæst. 12 ibi vide. Confessionem autem factam in tormentis esse violentam nemo sani capitis inficiabitur.

Vndecimo est ponderandum, quod lex valdè indulget carceratis, & intantum quod si quis fuerit iniustè carceratus

tus permittit non modo vt fugeat, at si aliter nequit, etiam vulnerato, & quod plus refert impunè occiso custode, & post alios refert Grammat. in consil. crimin. 51. num. 6. & 7. & Carrer. in sua pract. super l. obseruare curabis, num. 117. permittit ergo impunè homicidium, vt se ipsum liberet, qua ergo ratione contra eum procedi potest ad torturam, vt se ipsum confitendo condemnet, se ipsum prodat, & propriam detegat turpitudinem? quod ex supra deductis omni iuri repugnat.

Duodecimo alludit tex. in l. ne timore? §. 1. ff. de eo quod met. cau. vbi inquit iurisconsultus, si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel dedit aliquid, vel se obligauit, ad hoc edictum pertinet, timuit enim vel mortem, vel vincula. Ecce textus clarus quod factum metu vinculorum non ligat, & stringe fortius iuncto textu in l. metum. §. animaduertendum. eod. tit. vbi cauetur. illud edictum generaliter loqui, siue particularis sit persona. quæ metum intulit, vel populus, vel Curia, vel Collegium. Ad quid ergo inferre tormenta, si eorum metu facta confessio rata non habetur?

12 Vltimo facit, quod in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. l. final. C. de probatio. At probatio facta per torturam est fragilis, & periculosa, cui exigua fides est præstanda. vt habes infra n. 27. uers. estque maximopere, proinde nullo modo permittenda uidetur.

Neminem uidisse memini, qui huiusmodi quæstionem mouerit. Arbitror autem permittendæ torturæ, causam fuis-
13 se ipsam publicam utilitatem. Cum Reipublicæ intersit delicta puniri, ad c. ut famæ. de sent. excom. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & uectiga. l. si ita uulneratus. propè fin. ad l. Aquili. Cum ipsa etiam naturalis æquitas suadeat delinquentes puniri. l. 1. in principio. uers. hæc autem actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. Imò ipsimet de-
15 linquentes consentire uidentur punitioni, etiam corporaliter infligendæ, ut habetur in decis. Rotæ 1. num. 9. de consuetu. in nou. At quoniam delicta sæpius in occulto

commit-

16 committi solent; cum is, qui male agit, odit lucem, cap. consuluit propè fin. de offic. de leg. l. 1. §. tria lumina. ff. de uen. inspici. Iccirco sæpissimè impunita remanebant, licet quis esset de crimine infamatus, pluraque indicia contra eum concurrerent, non satis erant ad condemnandum, cum in criminalibus, vt prædictum est probationes luce meridiana clariores sint necessariæ. Hac de causa uisum est legislatoribus, ut infamia delicti; & legitimis, ac urgentibus præcedentibus indicijs, ubi Iudex firmiter credat eum deliquisse, constetque de corpore delicti, ut Reus
17 torqueri possit. Cum ubi ueritas aliter haberi non potest recedere liceat a regulis iuris, ut uidemus quod cogendi sunt testes illi, qui alias de iure cogi non poterant ad se
18 examinandum, si aliter ueritas haberi nequit: ad cap. peruenit. il. 2. de testib. cogen. Decian. in cap. 1. num. 31. uers. plus. uolnerunt moderni de probatio. Marsil. in l. 1. §. si seruus, num. 4. ff. de quæstio. Foller. in pract. super uerb. Capiat informationem, nu. 30. etiam filius con-
19 tra patrem. Areti. in consil. 142. num. 18. Admissum quippe est licere ob atrocitatem delicti, transgredi leges, statuta, & consuetudines, ex congestis à Marsil. in singul. 244. Boeri. decis. 273. numer. 5. Hinc adnotauit Af-
20 flict. in decis. 391. nnm. 10. quod contra insignes latrones prædatores stradarum incendiarios, raptores, grauiaque delicta committentes, contra quos laborat infamia procedi potest iuris ordine non seruato, ut ex solo processu informatiuo ad torturam deueniri: quoniam ob terribiles casus iustas leges transgredi licet, ex his quæ ibi deducit Quibus consonant notata per Felin. in cap. 1. num. 51. & seq. de constitut. & per Gramm. in consil. crimin. 40. num. 5. 6. & seq.

Proinde indultũ est Iudici Reos de delicto infamatos, legitimis tamen præcedentibus indicijs subijcere torturæ: quæ tamen, vt proximè deducetur, moderata esse debet, ac paterna charitate: zelo reperiendæ veritatis inflicta.

Argu-

Argumentis contrarijs supra in oppositum factis responderi potest, fatendo quod regulariter tortura iuris communis dispositioni repugnet, attamen iusta suadente causa, & publicæ vtilitatis intuitu, ne delicta impunita remaneant,
21 & ad optimum finem vt ex vnius pœna cęteri à delinquendo abstineant, & deterreantur, vt dicitur in l. 1. C. ad l. Iuli. repetunda, concessa fuit.

Nec obstat. quod confessio facta tædio longeuæ carcerationis, aut ob detentionem Rei in pessimo carcere, veluti facta metu tormentorum non sit valida: quoniam id euenit ob excessum, cum moderata esse debeat, ex his, quæ proximè deducentur. Et vè illis Iudicibus, qui aliter faciunt, vt demonstrant proximæ infra citandæ authoritates.

Permissa est igitur Iudici torquendi facultas, at audi discrete Iudex Eusebium dicentẽ, quod religiosus tortor esse
22 debet, vt medijs cruciatibus è latebris veritatem hauriat, vt refertur in c. illi qui. 5. quæst. 5. Quæ verba declarat Foller. in pract. crim. canoni. cap. 31. num. 9. videlicet, quod bonus, & religiosus Iudex arbitrari debet qualitatem, & modum inferendi tormenti. Audi item, & diuũ Augustinũ relatum in cap. circumcelliones, propè finem. 23. quæst. 5. dicentem, imple christiane Iudex pij patris officium, sic ini-
23 quitati succensere memineris, vt in peccatorum atrocitatibus non exerceas vlciscendi libidinem. sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in inquisitione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem non extento aculeo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti, & quam prudenter Cæsar Augustus quęstiones, neque semper in omni causa, & persona desidera-
24 ri, sed cum capitalia, & atrociora maleficia non aliter explorari, & inuestigari possunt, quam per seruorum quæstiones, vt habetur in l. edictum. ff. de quæstioni. & cauetur in l. sequen. posse in causa pecuniaria de seruis habere quæstionem, si aliter veritas haberi non possit. Et quàm discretè sancitum est in l. de minore. §. tormenta eod. tit. tormenta

haben-

habenda esse non quanta postulet accusator, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant; Nec initium probationum sumi debere de domo Rei. Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipsa, & cognitoris subtilis diligentia affert; Nam & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, & qua trepidatione quid dicat, & cuius existimationis sit quisque in patria sua, quædam ad illuminandam veritatem emergunt. Et quam notanter dictum est in l. milites .§. oportet. C. eodem titulo. de quæstio. per hæc verba, oportet autem Iudices nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum sunt, ad inuestigationem veritatis à tormentis initium sumere, sed argumentis primum verisimilibus, probabilibusque vti; Et si his veluti certis indicijs ducti inuestigandæ veritatis gratia ad tormenta putauerint esse veniendum, tunc
26 id demum facere debebunt, si personarum conditio patiatur. Vide Menoc. de arbitra. quæst. lib. 2. conclus. 3. casu. 269.

Estque maximopere ponderandum, fallacem, val-
27 deque periculosam esse illam probationem, quæ scaturit ex tortura, illique exiguam fidem adhibendam fore, vt habetur in leg. prima, in principio in versicul. idem Cornelio, & in .§. in causa, in versicul. quæstioni fidem .ff. de quæstio. Et præclaris exemplis ostendit Valerius Maximus, lib. 8. capite de quæstioni. Vbi refert illum seruum Marci Agrij, de homicidio imputatum, & in tormentis confessum, vltimo fuisse supplicio affectum.

Et post eius obitum paruo interiecto tempore, ille de cuius nece fuerat imputatus, & punitus, viuens domum redijt. Similis casus tempore meo euenit in vrbe in quodam magistro Puerorum, in domo illorum de Gironis, tunc inhabitantium propè plateam Pasquini, qui de homicidio imputatus, & tortus, doloris impatiens est confessus, & successiuè capitaliter damnatus. Et non multo post tem-

pore repertus fuit alius, qui illud homicidium commiserat, & de innocentia constitit illius miseri Pedagogi, vnde egregiè dixit Tullius. Dolori credi non oportere, & Consonans Quintilianus, non bene illam partem hominis intelligas, quæ non animo, sed dolore respondet, quos ambos refert Paris de syndica. super verb. tortura 2. cap. 1. num. 2.

29 Et exaduerso reperiuntur homines in tortura constantes, ita vt sæpius torti, quamuis satis culpabiles nunquam confitentur, vt refert idem Valerius Maximus, vbi supra referens exempla, primo de Alex. Fannij seruo, septies ad torturam repetito, & semper in negatione perseuerante. Refert etiam Philippum seruum octies tortum nullum vnquã de delicto verbum emisisse, vide ad hæc Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 2. conclus. 3. casu 272.

30 Hinc frequenti calculo, & passim admissum est, paruam torturæ fidem adhibendam, vt relatis supra recitatis Valerij Maximi exemplis prosequitur Foller. in pract. crim. Cano. cap. 31. in principio: videque diuum August. relatum à Boss. in pract. crimin. in titulo de tortu. num. 36. & bene Menoc. de arbitra. quæstioni. lib. 2. centu. 3. casu. 269.

Quæstio Secunda.

SEcundo quæritur, quid releuet confessio facta in tormentis, si legitima non præcedant indicia?

31 Et breuiter respondetur non obesse fatenti, ob processus nullitatem, cum nisi legitima præcedant indicia, ad torturam deuenire sit prohibitum. ad Alex. in cons. 5. vbi addit super ver. damnari. lib. 1. Corne. in cons. 20. in final. ver. lib. 3. Marsil. in sing. 329. vers. alius est casus in confessione facta per torturam. Clar. in pract. crim. quæstio. 55. vers. si verò confessio. Ias. in cons. 188. num. 2. lib. 2. & in primo lib. cons. crimin. cons. 51. num. 14. & 38. Capiti. decis. 145. num. 3. Franc. de Placen. inter cons. crim. cons. 84. n. 12. lib. 1. Boeri. decis. 90. nu. 10. Imol. in cons.

109.

nu. 3. Soarez inter communes super ver. Confessio facta in tormentis, nu. 236. Viui. opin. 139. in principio. Mas. conclus. 353. in princ. & nu. 4. Bursat. consil. 201. num. 40. lib. 2. Riminal. Iunior in consil. 80. num. 52. lib. 1. qui omnes ferè testantur de communi, hæcq; conclusio de plano procedit.

32 Et vè illis Iudicibus, qui ad torquendum præcedunt, vbi legitima indicia nō procedunt. Videantur Marsil. in pract. §. diligenter, num. 58. Rimin. in d. cons. 88. num. 52. & Rolan. cons. 12. num. 31. & 32. lib. 3. vbi num. 34. inquit quod si tortus propterea Iudicem interfecerit, non tenetur pœna mortis, sed aliter mitius est puniendus, vt dixit etiā Marsil. supra relatus. Et de iure Iudex, qui indebitè procedit ad torquendum, pœna capitis, & alijs pœnis est plectendus, de quibus Gramm. in cons. crim. 15. nu. 15. Viui. opinio. 139. nu. 3. & seq. Clar. in pract. crim. quæst. 64. in princ. vbi de communi. Boss. in sua pract. tit. de tortu. n. 28. & pluribus seq.

33 Et præmissa locum sibi vendicant etiam si Iudex habeat plenum, liberum, & generale arbitrium. Roland. d. consil. 12. num. 31. lib. 3. Alexan. consil. 65. num. 2. lib. 1. Marsil. in cons. 120. num. 34. Mascard. de probationi. conclus. 136. num. 2. Bursat. cons. 201. num. 42. lib. 2. Bero. cons. 167. num. 12. lib. 3. Quod bene ponderare debent DD. locumtenentes Reuerendiss. D. Gub. Vrbis, quos plerunq; in vim suarum facultatum, quæ amplissimæ sunt, pro eorum mero arbitrio ad torquendum properasse sępius cognitum est.

34 Et vendicant sibi locum etiam in crimine læsæ Maiestatis. Bursat. ibid. num. 41. Viui. opinio. 139. num. 3. Mascar. vbi sup. nu. 4.

35 Et non tantū talis sic illegitimè tortus ex sua cōfessione sibi non præiudicat, sed nec alijs aduersus quos vt testis inductus fuit. Bursat. in eodem cons. 201. num. 53. lib. 2.

Quæstio Tertia.

36 QVid si Reus nulliter, & illegitimè tortus delictū fateatur, & in confessione perseueret? & adhuc nō esse stā-

dũ huic confessioni, quamuis esset pluries reiterata cõmuni calculo scribentium receptum est, vt liquet ex eisdem auctoritatibus in præcedenti quæstione citatis, apparetq; ex Gramm. in cons. crim. 15. num. 10. & latius in voto. 5. nu. 7. & in decis. 56. num. 5. Paris de Put. de syndica. super ver: tortura, c. 9. & super ver. tortus. c. 1. nu. 3. & habetur in 1. par. cons. crim. in cons. 94. num. 30. Mascar. in conclus. 353. nu. 3. vbi ampliat id procedere, etiam si esset iuramento vallata. Boeri. decis. 90. num. 10. Rimi. Iuni. cons. 88. nu. 54. lib. 1. Felin. in cap. 1. nu. 1. vers. septimo limita. de iudici. Capiti. decis. 145. nu. 3. Marcabru. cons. 50. nu. 130. & seq. vbi id firmat etiam si esset millies ratificata. Burlat. cons. 201. num. 18. lib. 2. & nu. 25. & in cons. 216. ibid. nu. 116. Ratio redditur à Boer. in d. decis. 90. num. 10. quoniam vt Iudex iniquè processit ad carcerandum, ita probabiliter inquit suspicari potest, vt iniustè processerit ad torquendum: quæ ratio satis mihi non consonat, quia longè facilius, & legitimè procedere potuit ad capturam, quæ est Iudici arbitraria & quælibet leuis causa sufficit. Boss. de captura in pract. crimi. in princ. vbi secus est in tortura, non aliter permissa quã vrgentibus præcedentibus indicijs, vt deductum est sup. nu. 31. & seq. in 2. quæstio. tum quia in his terminis nostris non est locus suspitioni, quod iniq; deuentum fuerit ad torturã, ex quo supponitur nulliter illatam fuisse, & consequenter eius nullitas, & iniustitia est manifesta.

38 Alia igitur dari valet ratio cur talis confessio non præiudicat, quia scilicet constat de Iudicis iniquitate, quia reum iniuste torquendo confessionem extorsit, quæ cum sit ipso iurę nulla, iccirco nullius esse debet effectus, iuxta regulam cap. non præstat. de reg. iur. in 6.

39 Absolutum si quidem est, quod tortura illata legitimis non præcedentibus indicijs est ipso iure nulla, etiam millies ratificata, vt dictum est sup. nu. 36. Lancelotus tamen de attentat. par. 2. cap. 12. ampliat. 4. num. 13. dicit, to-
40 tum oppositum communiter practicari, & seu sponte confessus, seu confessio fuerit extorta, nisi reuocata fuerit, morti traditur, quod ante eum adnotauit Clar. ab

eo

eo citatus in pract. criminal. quæstio 94. col. 2. vers.hanc etiam opinionem. licet(inquit) iuxta Carrerij ab eo relati ſententiam malè faciant, & contra ius canonicum,& ciuile; vide Gramm. in deciſ. 36.num. 38.& ſeq. Ancara.conſ. 24. num.2.

41 Nec enim ita paſſim Iudex huiuſmodi cõfeſſionibus credere debet,ſed plura conſiderare,de quibus Menoc.de Arbitr. quæſtioni. lib.2.centu. 3. caſu. 269.Paris de ſyndi.ſuper ver. confeſſio, cap. i.

42 Quo ſuppoſito, cum confeſſio ſit ipſo iure nnlla, ſequuta ratificatio, nequit eam validare: quia quod nullum eſt confirmari nequit. Applaudunt notata per Socin. Iuni.in conſil. 3. num. 41. lib. 2. volentem vbi contractus ſit iuris diſpoſitione nullus, vt nequeat iuramento confirmari, & conſonant notata per eundem in conſ. 44. num.17, & ſequen. ibidem qui videatur, nec non deducta in meo tractatu de iuramen. parte quarta in primo effectu quæſtio. 3.

43 Et nihilominus Grammat. contrarium adnotauit in deciſ. 34.num.58. ſibi contrarius ex ſupra relatis, nu. 36.

44 Hinc infertur, quod dictum iſtius ſic nulliter torti, nullum facit inditium contrà alium, Marcabrun. d. conſ. 50. num. 132.

Quæſtio Quarta.

45 QVæſtio quarta eſt, quid ſi poſt reum illegitimè tortum,; & delictum in tortura fatentem, & in confeſſione perſeuerantem, legitima ſuperueniant inditia? & dicitur ad huc non purgari nullitatem extortæ confeſſionis, ad Bar. in l. maritus. numer. 2. de quæſtio. bene in Syl. nuptial. in §. non eſt nubendum. num. 92. verſic. Vigeſimum ſi Iudex: Et notatur in conſil. 47. nu.28. lib. primo, conſil. criminal. Iaſ. in conſ. 188. num. 2. verſic, idem tenet. d. Alexand. lib. 2. Carrer. in practic.

crimin.

crimin. in princ. num. 47. Gramm. in voto 6. num. 11. Foller. in rubr. Et si in confitebuntur. par. 3. num. 32. Burs. cons. 201. num. 41. lib. 2. Bero. cons. 167. num. 11. lib. 3. & in primo. lib. consil. crimin. cons. 102. num. 9.

46 Quinimò si tortus non præcedentibus inditiis fateatur occidisse seium tribus illatis vulneribus eumq; in suo horto sepelisse, & visu loco, cadauere, & tribus vulneribus repertis, & sic prorsus verificato delicto ex inspectione ad huc ex tali processu puniri nequit. sed est absoluendus ab obseruatione eius iuditij, & denuo processandus. Foller. in d. rubr. & si confitebuntur. par. 3. num. 35.

Quæstio Quinta.

47 QVinta sit conclusio quod si reus absq; actuali tortura, sed positus, & spoliatus in loco tormentorum, illorum metu delictum sit confessus, idem de ea confessione iudicatur. ac si tortus fuisset: quoniam parificantur quẽ fateri in tormentis, vel formidine tormentorum. Ias. in cons. 188. num. 2. vers. Item est aduertendum lib. 2. Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus. num. 2. de quæstioni. Gramm. in cons. 15. num. 7, in criminalibus. & num. seq. Carrer. in practic. in princ. num. 172. vbi alios inducit. Idemq; firmat. ibid. si fuerit tantum ductus ad locum tormẽtorũ, nec alias ligatus, nec spoliatus, ibi vide, nam satis benè materiam discutit, Folleri. in d. Rubr. & si confitebuntur, num. 62. par. 1. & vide Franc. Mar. decis. 912. num. 4. Bursat. cons. 201. num. 16. & seq. lib. 2.

Quæstio Sexta.

48 SExtæ conclusionis discussionem particularem omittimus, quoniam rectè intuenti resoluitur ex deductis in septima seq. quæstione,

Quæstio Septima.

SEptimò quæritur, an ad condemnandum reum sola delicti confessio sufficiat, etiam quod reus in confessione non perseueret. Et concluditur perseuerantiam fore necessariam, alias solam confessionem non sufficere, pulchrè Cuma. in cons. 138. colum. 1. vers. quantum ad primum. Ang. in l. 1 num. 7. ff. de confess. concurrit in extorta in tormentis, & secus opinatur in sponte facta, quam solam sufficere firmat ad condemnandum. Vide Marsil. in pract, in §. postquam. nu. 22. vbi tenet oppositum ēt in spōte facta, reddens rationem, quod sponte confitens delictum in quo agitur de vitæ periculo non videtur esse in rectitudine sensus, nec in plenitudine intellectus, sed potius delirare. Totum oppositum notat Grammat. in decisi. 36. numer. 64. & sequen. inquiens sponte confitentem delictum non præsumi, vt contrà se mentiatur, sed perpetrati sceleris conscientia motum confiteri, cum nemo præsumatur ita fatuus contra se ipsum: si quidem mortem, perditionemque natura abhorret, & euitat, conseruarique desiderat, vt inquit Boer. relatus ab Ancara. in consil. 24. n. 23. in fine. Sed necessariam fore perseuerantiam vide Carreri. in sua pract. in princ. num. 15. 23. & 172. & 192. Soarez inter communes, super verb. confessio facta in tormentis, num. 248. Boss. in tit. de cofess. per tortu. num. 17. vers. tutius tamen est, & num. 17. Imola verò in cons. 109. num. 1. tenet Angeli distinctionem supra relatam, licet illum non alleget. Marsil. in singul. 329. vers. alius est casus in confessione etiam spontanea, & latius Foller. in pract. in d. rubri. Et si confitebuntur, num. 39. par. 1. vbi de communi etiam quoad sponte factam. Boer. in decis. 163. num. 18. vbi de communi. Bero. in cons. 175. num. 41. 92. & seq. lib. 3. Grā. decis. 2. n. 38. & seq. & sup. in 3. art. præcedē. nu. 6. & vide Afflict. super constit. Regni, lib. 1. rubr. 27. num. 61. Alciat. in c. perniciosa, num. 54. de offi. ordi.

Et

Et licet simpliciter non sit standum confessioni factæ in tormentis, nisi fuerit ratificata, & legitimè facta, Nihilo-
50 minus in casu, quo confessio extraiudicialis concurreret, standum foret, nec opus esset alia perseuerantia. Ias. in. l. Magistratibus. num. 4. de iurisd.omn. Iudic. Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus.num. 7. de quæstioni. Carreri. tamen in sua pract. in princip. num. 48. in fine. id approbat, si bina præcedat confessio extraiudicialis. Foller. in d.Rubr. Et si confitebuntur.num.29.par.2. Mascar. conclus.350.num.4. Vide in materia. Clar. in pract. quæst. 21. versic. Vlterius quæro.

51 Standum est etiam in alio casu, de quo Foller.in d.Rub. & si confitebuntur.num.62.vers.ego tamen pro nunc. parte prima, scilicet in homine robusto confesso in tormontis, quia tunc non videtur perseuerantia necessaria: Et ẽt quãdo, licet sit reuocata, concurrant adminicula de quibus Grammat.decis.72.nu.3.

52 Hic autem quæritur oportunè, quando in tormentis facta confessio, legitimè ratificata dicatur: & respondetur, eam esse legitimam ratificationem, cum facta est, post lapsum vnius diei & noctis post inflictam torturam. Alex. cons.98.num.8.lib. 3. Mascar. de probationi.conclus.355. nu.2.& vide in prima. par.consil.crimin. in cons. 101. nu. 15. practic. Papien. in for. inquisition. num. 41. in addit. super ver. Item adde quod idem. Intellige autem de ratificatione facta in banco iuris, non autem in loco tormentorum. Carrer. vbi supra.num.196. vers. sed qualiter dicitur. Marsil. in sæpæ citata. l.1. §. Diuus Seuerus. num. 6. de quæst. & in pract.crimin.§. postq; num. 22. & habetur in consl. 101.num. 15. in 1.lib. cons. crim. Bero.in cons.175. num.45.lib.3.bene declarat. Foller. in rubri. Et si confitebuntur.num.63. par.1. Marcus decis. 919.num.2. Cæterũ Rimin. Iun. in 360.num.80. & 81. lib. 4. laudat ex mente Franc. Casonis, quem citat in tractat.de tormen.cap.21.vt Iudex super sedere debeat per tres dies, quoniam per noctem, & diem tantum reus animo confusus doloris impatiens adhuc esse dicitur in cruciatu, nisi aliquo bono spa-

cio requiescat per tres saltim dies, alias ratificatio facta dicitur metu tormentorum. Hancq; sententiam appellat magis probabilem, & æquiorem, licet idem Rimin. in consil. 125. num. 32. lib. 2. sentiat sufficere vnam diem, & vnam noctem. Verius videtur, vt Iudicis arbitrio remittatur hoc interuallum, qui præsertim videat an dolor tormentorum cessauerit. Afflict. super constitut. Regni, lib. 1. rubr. 27. num. 60. & 61.

54 Notabis autem quod licet perseuerantia requiratur in dictis rei in tortura, secus est in dictis testium: ad Marc. decis. 918. num. 4.

Quæstio Octaua.

55 Octauo quæritur qualiter, & quando in tormentis facta confessio, & successiue ratificata valeat reuocari. Et concluditur reuocari posse allegando eam erroneam: sed opus est de errore docere. Carrer. in pract. crim. quæst. 55. vers. sed pone quod reus. Paris de syndica. super verb. tortus, cap. 1. num. 29. Boss. in tit. de confess. num. 60. Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 50. par. 1. Claudi. Battand. in pract. criminal. reg. 50. Ias. autem in l. Magistratibus, num. 6. de iurisd. omn. iudi. tenet vt reuocari possit etiam non docto de errore, inquiens id esse perpetuo notandum in practica, cum hoc modo iuuare possit amico, ne torqueatur. Quod si verum est, verè notabile est, vide notata infra in capit. 4. vbi latius agetur de reuocatione confessionis.

56 Estq; locus reuocationi, etiam si confessio esset iurata. Foller. ibid. num. 50. circa medium, par. 1. vide Seraphi. de priuile. iuram. in priuile. 135. num. 2. & in meo tracta. de Iuram. par. 4. in primo effect. quæstio. 9.

57 Et vbi incontinenti reuocaretur, nec esset opus de errore docere. Bossi. ibidem, num. 63. Alciat. in præsump. 21. num. 3. reg. 3. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, nu. 140. par. 1. nisi relata fuisset in scriptis, quoniam tunc

error probandus esset. Addit. ad Alciat. ibid.

58 Prout nec talis confessio attenderetur, minusque foret exequenda, vbi aliter Iudici de veritate constaret. Carrer. vbi supra, num. 49. Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 19. par. 2.

59 Et è contra, reuocatio non attenderetur, vbi cum confessione alia indicia concurrerent. Foller. ibid. nu. 51. par. 1. Gramm. decis. 8. num. 9. vers. ex quibus colligit Bal. & in decis. 72. num. 4. Boeri. decis. 163. num. 17. & ante eos Bald. in. l. final. num. 2. vers. ex quibus verbis. C. de probationi. Et infra in cap. 4. num. 12. Nisi reuocans doceret clarè de opposito. Paris de syndi. super verb. tortura, cap. 1. num. 5. vel post extraiudicialem, idem confessus esset in tortura, quod declarat Mascard. in conclus. 350. num. 5. vbi vide, & Boer. in decis. 163. num. 17. in fin.

60 Prout nec reuocatio admittitur in ficta confessione, quæ sultat contra contumacem ex vi statuti. Foller. ibid. num. 52. par. 1. oppositum habes infra in cap. 4. num. 24.

61 An autem reuocari possit in secunda instantia? Et affirmatiuè respondit Foller. ibid. num. 53. vide infra in cap. 4. nu. 9. & vers. ne dum in prima.

Quæstio Nona.

62 NOna est conclusio, quod si confessio facta sit in processu nullo (venit destinguendum) An sit sponte facta, vel in tormentis, quoniam si est voluntaria præiudicat, processusque nullitas non attenditur. Clar. in pract. quæstio. 55. vers. item posset allegare, cum notatis supra, num. 18. vers. quid vbi confessio, & vers. seq. in primo articulo huius tertij capitis, & in artic. 3. num. 39. vbi habes, quid iuris si nullitas perueniat ex defectu iurisdictionis, multas alias limitationes recenset Foller. in rubr. Et si confitebuntur. n. 65. vbi vide par. 1. nec non Guid. PP. in decis. 218. num. 3. & Ange. de Castro inter cons. crim. cons. 94. nu. 5. lib. 1. qui non bene concordat.

63 Quod si facta sit in tormentis nullius est roboris, vt deductum

ductum est supra, num. 31. vers. secundo quæritur, & num. seq. in hoc 4. art. in hocmet 3. capite, & etiam in artic. 1. num. 18.

Quæstio Decima.

64 DEcima est conclusio, quod confessio extorta vi tormentorum si eadem die ratificetur, ratificatio nullius est ponderis, quoniam facienda est saltem post lapsum vnius noctis, & diei post illatam torturam, ex deductis supra in septima conclusione, num. 52. vers. hic autem quæritur oportunè.

Quæstio Vndecima.

65 VNdecima est conclusio, quod si carceratus positus in carcere pessimo, vbi vel fame, vel frigore maceratus, tandem non valens amplius tanto tædio resistere delictum fateatur, huiusmodi confessio metu tormentorum facta dicitur, neque præiudicat confitenti. Est enim torturæ species denegare cibum, & potum. Alberi. in rubr. ff. de quæstio. num. 3. Capiti. decis. 145. in princ. num. 1. & 2. Marsil. in l. 1. §. diuus Seuerus, num. 2. ff. de quæstio. Foller. in rubr. Et si confitebuntur, num. 62. propè fin. par. 1. Nam confessio facta in carcere indebito etiam in causa ciuili non valet. Purpurat. in cons. 332. num. 11. lib. 1. & in cons. 446. num. 4. lib. 2. vide in materia notata sup. in hocmet 3. cap. art. 3. num. 48.

66 Prout idem dicitur si reus diu detentus esset in secretis carceribus, tandemque tædio longeuæ carcerationis deliquisse fateretur, vt habes cons. 102. num. 8. in 1. lib. consil. crimin.

67 Idemque concluditur vbi carceratus positus fuisset in nimis arctis compedibus. Marsil. in d. §. diuus Seuerus, num. 2. in fine, vbi alios citat, Marc. decis. 919. num. 1. &

habes in prima parte conſ.crim. in conſ. 102.num.8.

68 Confeſſio etiam facta ex cauſa pietatis æquiparatur confeſſioni factæ metu tormentorum, vt puta pater videns filium morti tradi, vel torqueri fatetur ſe delictum commiſiſſe ad filium liberandum: Talis enim confeſſio non ſufficit ad condemnationem, niſi in ea perſeueret. Foller. in d. rubr. Et ſi confitebuntur, num. 51. par. 1. Boeri. deciſ. 166. num. 18.

Quæſtio Duodecima.

69 Ad duodecimam quæſtionem reſpondet Grammat. in deciſ. 48. num. 1. & 2. quod ex Generali totius Italiæ conſuetudine obſeruatur, vt reus vbi legitima præcedãt indicia in tortura crimen confeſſus, de alijs etiam nullis exiſtentibus indicijs, valet interrogari, vide authoritates ab eo citatas. Idemque firmat in deciſ. 34. num. 34. Platus autem in conſ. 31. nu. 1. & ſeq. affirmat reum non poſſe interrogari de conſocijs in alio crimine, quam in eo, de quo inquiritur, ibi vide.

Quæſtio Decimatertia.

70 AD decimamtertiam quæſtionem, qua quæritur ſi reus poſt probatum delictum poſitus fuerit ad torturam, & negauerit, & in negatione perſeuerauerit, an veniat condemnandus, vel relaxandus? Salicet. in l. ſi qui. num. 6. verſ. iſta glo. C. ad l. Iuliam de adulte. conſulit, vt non ſimpliciter abſoluatur, ſed proceſſus circunducatur loquitur autem vbi magna extent indicia, non autem quãdo delictum eſſet plenè probatum, Alex. autem in addit. ad Bar. in l. vnius. §. 1 ſuper ver. Nec confitetur. ff. de quæſtio: ponit caſum, quãdo delictũ eſſet plenè probatũ, & reus plu-ries tortùs negaret, & inquit, eſſe locũ condẽnationi, latè id diſputat Gramm. qui & alios citat in deciſ. 8. Et licet (vt ibi inquit num. 5. reus de homicidio conuictus per quinque teſtes de viſu, nihilominus liberatus fuit ab vltimo ſuppli-

cio

cio, & ad triremes condemnatus. Idem in consil.crimin. num.12.num.24. Sed quod nec valeat condemnari, placuit multis, de quibus Aym.in conf.287. n. 4. vide Marsil. in sing. 262. propè principium. In quibus videtur sibi contrarius. Grammat.vt videre poteris,& vide Cepoll.cautel. 5. latè Carrer. plures congerens pro & contra in pract. criminal.in princ. num. 160.& vide in nu. 34. Boer. in decis. 163. num. 17. & seq.

71 Propterea cauti Iudices cum confessum, aut conuictum torquent, protestari solent, quod torquere non intendunt super his, de quibus est confessus, aut conuictus, sed dumtaxat super alijs, vt refert Bossi. in pract.crim. de indici. & & considerat ante tortu. num. 130. Et tunc vt protestatio operetur, super alijs est interrogandus Boss. ibid. in titul: de confess. num. 29. Claudius Battand. reg. 37. in pract. crimin. Fatuus esset enim Iudex, qui reum torqueret super his, quæ sunt plenè probata. Cepolla cons. crim. 32. num. 19. Battand. dicta reg. 37.

Quæstio Decimaquarta.

72 AD decimamquartam quæstionem, pręmittendum est quod non licet Iudici torturam repetere, nisi noua indicia superueniant. l. vnius. §. 1. ff. de quæstioni. quem tex. post alios ab eo relatos ad hoc ponderat Purpurat.in cons. 571. num. 1. lib. 2. & voluerunt Iacob. Cyn. Io. And. Odofred. Bald. Alberi. Angel. Cepol. Marsil. relati per Gramm. in cons. crim.61.num. 9. Rim. Seni. in cons. 55. num. 2. lib. 1. Magoni. in decis. Lucen. 89.num.10. Boeri. in decis. 163. num. 9. 10. & sequ. vel nisi prima tortura sufficiens non fuisset, vt inquit Boss. in tit. de tortu. nu. 42. & Clar. in sua pract. crimin. quæst. 54. vers. vltimo videndum.

73 Et Iudices absque nouis indicijs torturam repetentes Deum, nec leges habent ante oculos, vt post Cyn. inquit Purpurat. in d. cons. 571. num. 2. Cautusque debet esse

Iudex

Iudex nè semel illata tortura, illam repetat, quoniam periculo suo id facit, vt inquit Purpurat. ibid. qui alios citat.

74 Et si in hac repetita tortura reus delictum fateatur, id non sufficit ad condemnandum. Purpurat. ibid. num. 3. citans Alex. id adnotantem in cons. 5. num. 5. lib. 1. & de magis communi attestantem; quod ob prima tantum indicia non sunt tormenta repetenda, nisi multum sint vrgentia & manifesta, vt firmat Purpurat. ibid. num. 5.

Quæstio Decimaquinta.

75 AD decimamquintam quæstionem si tortus fatendo delictum nominet Aurelium pro socio criminis, an contra illum faciat indicium ad torturam, constitue regulam negatiuam, nisi alia cócurrant, iuxtá Gramm. decis. 28. nu. 16. 17. 21. & seq. & in decis. 40. nu. 16. & faciunt notata supra in præcedenti articulo 3. num. 16. latè Marsil. in pract. crim. §. diligenter, num. 59. & seq. Paris. cons. 163. num. 8. lib. 4. cons. 151. num. 9. ibid. de communi Boer. in decis. 319. num. 1. & seq. Deci. in cons. 234. in princip. Rolan. cons. 16. num. 18. lib. 1. Boss. de indit. & conside. ante tortu. num. 148. pulchrè declarat Plot. in cons. 31. num. 2. & seq. vt procedat quando reus nominat socium in illo crimine de quo inquiritur, & secus esse si nominet eum socium in alio crimine, de quo tunc non agitur.

76 Et nota quod confessio facta in tormentis minus socio præiudicat, quam sponte facta. Alban. cons. 5. num. 46. Et quod tertio non præiudicat, vide in 1. par. cons. criminaium in cons, 47. num. 32.

SVMMARIVM.

1 *MInoris confessio absque tutoris, aut curatoris authoritate non valet.*

2 *Consuetudo contrarium seruat.*

3 *Conclusio procedit vbi minor præsens sit in iudicio, secus in contumace.*

4 *L. Clarum. C. de autho. præstan. non seruatur in practica.*

5 *Contra, quod ea lex obseruetur, & num. 13. & 18.*

6 *Minor*

6 Minor ætas est iusta causa minuendi pœnam.

7 Etiam impuberes doli capaces si delinquant, secundum Beroium, vti maiores puniuntur.

8 Minor ætas secundũ aliquos excusat tantum in delictis commissis in omittendo, secus in committendo.

9 Beroij sententia confutatur.

10 An minor ob læsionem resultantem ex confeßione delicti sit in integrum restituendus? & num. 11. 12. & 21.

14 Doctori attestanti de consuetudine generali non credendum.

15 Creditur vbi attestetur de particulari consuetudine.

16 Distinctio Boßij circa l. Clarum. C. de autho. præstan. non satisfacit.

17 Cornei distinctio circa minoris confessionem, sine curatoris authoritate factam.

19 Si causa agatur coram Iudice habente manum Regiam, facultatemque procedendi sola veritate inspecta, an valet confessio minoris absque curatoris authoritate?

20 Minoris confessio aliquid operatur, & num. 22.

23 Quid si non fuerit datus curator, sed legitimè constitutus procurator?

24 Quid si ductus fuerit ad locum torturæ ad effectum, vt torqueretur, qui metu torturæ confeßus est se deliquisse, iuretq; se non venturum contra huiusmodi confeßionem?

An in actu torturæ necessaria sit curatoris authoritas? ibid.

25 Quid in ficta confeßione resultante in contumaciam minoris non comparentis, & illi non fuerit deputatus Curator? An talis confessio ficta præiudicet?

26 Quid in muliere sponte confessa delictum, an illi competat in integrum restitutione?

27 Excipi potest contra confessionem, quod non est pura.

28 Etiam vbi simus in casu, quo confessio diuidi posset?

29 Excipitur confessionem factam esse sine causa.

30 Quod lapsa sunt tempora data ad torquendum ex forma statuti.

31 Quid si reus simpliciter confessus est delictum, an audiri possit allegans postea quod fecit ad defensionem?

32 Excipi etiam potest de nullitate confessionis.

33 Vel quod facta est ad inquisitionem formatam non præcedẽtibus indicijs.

34 Quod est erronea.

35 Quod de rei veritate constat in contrarium, ad quam probandam admittitur pater pro filio, Dominus pro seruo, Ciuitas pro ciue, & alij de quibus ibi.

36 Metu factam fuisse.

37 Quoties aliqualiter offuscatur, non est locus torturæ.

38 Quod non fuit acceptata.

39 Quod facta non est coram Iudice in solito loco iudicij.

De Exceptionibus ad euacuandas confessiones, Articulus Quintus.



AD euitãdas delicti cõfessiones in criminali causa, vel torturæ metu, vel sponte factas, plures exceptiones competere possunt iuxta facti contingentiam, quæ si verificentur ab imputato delicto non obstãte confessione, vel prorsus liberare, vel saltim pœnam diminuere valent

1 Itaque si minor sit is, qui delictum confessus est, si impuberi nõ fuerit datus tutor, vel puberi minor. 25. annis Curator non fuerit deputatus, eius cõfessio quãuis iudicialis absq; illorum authoritate facta nullius est roboris, ex dispositione l. Clarum. C. de autho. præstan. addit. ad Cappell. Tholosa. in decis. 175. vers. ex quibus sequitur. Cyrill. in summa crimi. de his qui accusa. par. 1. §. 19. & in tit. de minori. §. 2. num. 1. qui videatur, & bene affirmat Marsil. in cons. 130. num. 45. in fine, & num. seq. & in pract. crim, §. nunc videndum, num. 41. Decian. in cons. 24. num. 8. lib. 3. & in cons. 18. num. 135. vbi inquit omnes ita tenere, lib. 1, Bertran. cons. 94. lib. 3. in anti. Affict. super constitu. Regni, lib. 2. rubr. 38. num. 12. & ibid. in rubri. 11. num. 6. & seq. Menoc. de arbitrari. quæstio, lib. 2. centu. 3. casu. 268. num. 1. Rolan. cons. 51. num. 37. vbi

videas

videas lib. 1. Mascard. conclus. 371. de probatio. Caldas in commen. l. si curatorem habens super ver. vel aduersarij dolo. nu. 48. C. de in inte. restit. mino. vide Parid. de syndica. super ver. tortura. 3. cap. 6. num. 7. de communi Ios. Ludo. in decis. Lucen. 27. num. 1. & seq. & in facti contingentia fuit obseruatum, vt refert Clar. alios inducens in sua pract. crim. quæst. 55. vers. vlterius potest.

2 Et licet subiungat oppositum seruari de consuetudine, an id verum sit, videbitur infra

3 Hoc tamen procedit vbi minor sit præsens in iudicio, & secus est in contumace, ex congestis per Platt. in cõs. 540. per totum lib. 3. Decian. in d. cons. 18. num. 181. Menoc. cons. 100. num. 131. lib. 1. Cephal. in cons. 304. nu. 126. lib. 2. aduerte ad notata infra in cap. 4. nu. 24.

4 Nec me præterit, quod practicus Papien. in for. inquisitio. super verb. contra & aduersus, num. 2. attestatur, quod Iudices hoc malè seruant. & Cephal. in cons. 304. nu. 130. lib. 3. asserit eam legem in criminalibus iudicijs non obseruari, & Boss. in tit. de confess. num. 69. asserit se quotidie videre quod contrarium seruatur, spreta dispositione eius l. Clarum. Sequitur etiam Clarus in sua practica quæst. 50. propè principium, & Decian. in d. cons. 18. num. 180. vers. quinto, quicquid, lib. 1. & Ios. Ludo. in d. decis. Lucen. 17. num. 6. inquiens, quod ridiculum esset, qui hodie
5 contrarium practicaret. At vide in oppositum paulò inferius deducta, num. 13.

6 Fatentur tamen præcitati Doctores quod minor ætas erit legitima causa ad minuendam pœnam, vt inquit Boss. ibid. & Clar. vbi sup. similiter in principio. vers. forte posset, & in quæst. 60. col. 2. Bero. cons. 173. in fine. lib. 3. Tyberi. Decian. in cons. 14. num. 4. lib. 3. Philip. Deci. in l. ferè in omnibus, num. 2. & 3. de reg. iur. Gramm. voto 14. num. 1. & 2. Marsil. in pract. §. quoniam. nu. 96. cum alijs, de quibus infra. Bero. autem in cons. 192. in fine lib. 3. austerioris fuit opinionis, quod etiam impuberes, doli tamen
7 capaces, si delinquant puniantur, vti maiores, nec prætextu minoritatis excusentur, quam inquit iuuare tantum in de-

lictis commissis in omittendo,& per negligentiam,& secus in faciendo,quæ sententia vti acerbior,haud est sequenda, Et ipsemet contrarium consuluit in præcitato cons. 173. in fine,lib.3. & prosequitur Plaza in epito. delicto.lib.1. cap. 32. vers. hic vero non est, num. 6. & rursus, num. 10. vers. illud verò,& num. 11. vers. quibus, & illud, & bene deducit Decian. videñ. in cons. 24. num.45. & 46. lib. 3. citans illud exemplum Cæsaris in Lucano, erga Tolomeum, sed parcimus annis, donamusque nephas.

9 Hæcq; Beroij sententia repugnat expressis verbis. l. auxilium.§.in delictis.ff.de minori. l. ferè in omnibus,de reg. iur.l. si adulterium. §. stuprum. vers. fratres, de adult. cap. sicut dignum, de homicid.

10 An haud minor aduersus læsionem ex confessione delicti resultantem restituatur in integrum? pro negatiua consuluit Decian. in d. consil. 18. num. 241. & sequenti lib. primo.

11 Pro affirmatiua concludit. Ias.in l.ait prætor.§. si minor. num. 7. vers. aduerte tamen diligenter. de iureiur. vbi inter alios refert Ale.id asserentem, & pro notabili reputantem,dicentemq;id tutissimum esse fundamentum,in consil. 115. num. 6. lib.3. & pro hac parte iudicatum fuit in Regio consilio Neapolitano, teste Afflicto in decis. 208. num. 5. vbi tamen Vrsill.in addit.nonnulla cumulat pro,& contra, quem videre poteris,& deducta per Oddum de restit.in integ. quæstio. 64. artic. 6. num. 13.& seq. & quæst. 8.num. 30. & 33. & per totam. & pro eadem affirmatiua, vide Grammat. in cons. crim. 16. num. 1. & rursus cons.60. nu. 10. & seq. Io. de Ami. in cons. 134. num. 12.& Afflict.super constitut. Regni, lib. 2. rubri. 38. numer. 12. vers. item minor. & ibid. in rubr. 11. num. 6. & 7. Menoc.de arbitrar. quæstioni. lib. 2. centur. 3. casu. 68, num. 3.infra, num. 21.

12 Quæ sententia vti humanior magis placet: sed ualde repugnat clara dispositio, l. 1. C. si aduer. delict. vbi Imperator sanxit in criminibus prætextu ætatis delinquentem nõ iuuari. Si tamen non ex dolo, sed ex culpa minor deliquerit,

rit, tunc in integrum restitutionis beneficium sibi competere concordat Alex. in conf. 103. num. 2. lib, 1. vide infra num. 21. latè ad materiam Caldas in commento l. si curatorem habens super ver. aduersarij dolo. num. 40. C. de integ. restit. mino. quem. omnino videas. & Rolan. in conf. 51. num. 38. lib. 1.

13 Quod autem dicitur dispositionem d. l. clarum non seruari de consuetudine, non satis est tutum fundamentum, tū quia plures ex illis, qui hoc asseruerunt, loquuntur de particulari alicuius loci consuetudine, vt puta Ducatus Mediolani, ut loquitur Clar. ubi supra, & Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 2. centu. 3. casu 268. num. 2. Tum quia aliqui attestantur de illius obseruantia, & ita in facto obtinuisse, vt liquet ex supra relatis authoritatibus, & alijs de quibus infra, num. 18. vers. illamque legem, tum quia Do-

14 ctori attestanti de generali consuetudine non est credendū iuxta magis receptam sententiam, de qua Deci. in conf. 402. nu. 11. vers. non obstat quod, & bene idem in consl. 472. num. 14. & pluribus seq. Thobi. in conf. 48. num. 12 Bursat. qui multos in id cumulat in conf. 16. num. 37. lib. 1. Hancque opinionem canonizauit Rota vt per Moed. in decis. 210. quæ incipit Barchinoneñ. hæreditatis, in manuscriptis.

15. Et licet per vtraque parte grauissimæ reperiantur authoritates, vt latè deducitur à Gabriel. de probatio. conclus. 4. Nihilominus vbi tractatur nō de particulari alicuius loci, sed de generali consuetudine, verior est ea sententia vt non sit credendum. Gabriel. ibid. num. 3. Menoc. conf. 238. num. 22. & seq. lib. 3. benè facit Alex. in conf. 5. num. 11. vers. item respondeo, lib. 3. & declarat. Io. Lopez in rubr. de donatio. inter vi. & vxo. §. 21. num. 1. Duran. de arte testan. cap. 5. caut. 35. num. 3. Rimi. Iuni. conf. 182. num. 11. lib. 2. Rolan. conf. 98. num. 23. lib. 4. cum alijs de quibus Granut. Theorema. 11. num. 9.

16 Nec satisfacit Bossij distinctio in tit. si aduer. rem iudi. num. 21. vt communis sit conclusio quod in his, quæ ordinem Iudicij respiciunt procedat dispositio l. clarum. & se-

cus in his, quæ pertinent ad veritatis inquisitionem: repugnat enim apertis verbis prædictæ legis, sancientis omnino debere minoribus 25. annis adesse tutores, vel curatores, cum cautius, & melius sit cum suasione perfectissima responsa facere minores, ne ex eorum imperitia, vel iuuenili calore aliquid dicant, vel taceant, quod si fuisset probatum, vel non expressum, prodesse poterat. Euidenter igitur apparet ex prædictis verbis eam legem loqui de responsionibus faciendis, in quibus vult omnino necessariã fore tutoris aut curatoris præsentiam, quæ responsiones cũ fiant interrogationibus à Iudice factis, vtique consequitur illas fieri ad veritatis inquisitionem.

17 Quod si stare velimus distinctioni factæ per Cornel. in cons. 198. lib. 4. col. 1. & 2. vt valeat confessio minoris sine curatore facta: id procedere declarat, dummodo antea datus ei fuerit curator ad substantiandum iudicium, alias cum processus sit nullus, corruit, & confessio, vt ipse notat ibid. col. 2. vers. sin autem non interueniat.

18. Illamque l. Clarum. C. de Autho. præstan. in Iudicijs etiam criminalibus fore seruandam, & fuisse obseruatam testatur Gandin. relatus à Bal. qui omnino videatur in eo paruulo consilio 408. lib. 3. vbi habetur ob vitium non dati curatoris vidisse multos processus annullari; Nota quòd inquit vidisse multos processus annullatos, ergo illa lex erat in viridi obseruantia, &pro nullitate processus concludit Maran. qui alios citat in 16. distinct. iudicio. nu. 55. & uide omnino Angel. de malefic. in uerbo comparuerunt dicti inquisiti. num. 7. & pluribus seq. ubi inquit, sit bene cautus iudex, si habet minorem captum pro delicto, ut antequam recipiat eius responsiones det ei curatorem, alias confessio non præiudicat: quod Augus. ibid. in addit. confirmat ex pluribus, num. 12. & seq. refertque Albericum testantem, quod Potestas Paduæ pro validitate processus minori delinquẽti de curatore prouidit, & quod ita in practica obseruetur ut refertur per Ios. Ludo. in decis. Lucen. 17. num. 4. idemque seruatum fuisse Bononiæ in causa cuiusdam adolescentis 16. annorum, testatur Marsil. in cons.

48. num.

48. num. 1. ubi hanc ſententiam fulcit ex pluribus, & refert etiam Clar. in pract. quæſt. 55. verſ. vlterius poteſt etiam: cum alijs, quæ congerit Grammat. in conſ. crimin. 15. nu. 6. & 7. & Afflict. deciſ. 208. num. 4. & ſeq. vbi Regium conſilium pro hac ſententia iudicauit; ex quo minor confeſſus prætendebat ſe læſum, & in integrum reſtitutionem poſtulauit; quæ denegari non debet ex congeſtis ab Alex. in conſil. 115. nu. 9. lib. 3. vide tamen deducta ſupra, num. 11. verſ. pro affirmatiua, & num. 12. ſubſequen.

19 Hic autē cadit opportuna quæſtio, quid ſi cauſa agatur coram Iudice ampliſſimas facultates habente, & etiam vt manu Regia procedere poſſit, qualis eſt Gubernator Vrbis, an confeſſio minoris ſine curatoris authoritate coram illo facta ualeat? aut nulla ſit ex diſpoſitione d. l, clarum. Et facultatum verba ſunt adeò pinguia et ampla, vt ceſſet omnis dubietas, quoniam in ſpecie datur ei facultas in omnibus, & ſingulis cauſis ciuilibus, & criminalibus, & ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs quibuſcumque negocijs contra ciues, & forenſes Eccleſiaſticos, & religioſos cuiuſuis ordinis, actiuè, & paſſiuè procedendi nullo penitus ordine ſeruato, ſed ſola veritate inſpecta, de bono, & æquo, prout pro qualitate facti viſum fuerit, etiam de facto manu Regia, ac velo leuato, & ad voluntatem, & beneplacitum ſuum procedendi, & iudicandi. Quibus ſtantibus indubitatum redditur, quod ſi velit procedere, poteſt non ſeruata ſolēnitate d. l. clarum: vide Ioſ. Ludo. in deciſ. Lucen. 17. num. 8. Attamen in iudicando ratione minoris ætatis pœnam minuere debet: cum id faciendum æquitas, & ſupra citata iura perſuadeant, cum parcendum ſit ætati, exemplo Cæſaris ſupra relato, clareque diſponunt leges, & Canones ſuperius inducti, & facultates ipſæ id annuent in illis verbis, prout pro qualitate facti viſum fuerit; Aetas enim præcipuè eſt ponderanda ex tot iuribus ſupra citatis, & vide deducta in quarto articulo præcedenti, nu. 8.

20 Non tamen confeſſio minoris eſt adeò nulla, vt nil operetur, quoniam facit aliquale præiudicium, vt deducit Carrer. in pract. in princip. num. 121. verſ. amplia, & in

con-

Confessione minoris. Boss. in tit. de confess. num. 67. & seq.

21 Petere autem valet se fore integrum restituendum, & tunc nil nocebit: quæ restitutio concedenda venit, etiam nõ docto de errore confessionis. Grammat. conf. crim. 16 num. 1. & 6. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num 10. in pract. crim. latè Oddus de restit. in integ. par. 2. q. 65. art. 8. n. 29. & pluribus seq. quẽ vide, & notata sup. n. 10. & seq.

22 Valde vrget in oppositum id quod refert Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur in 2. par. nu. 28. quòd licet confessio minoris in iudicio facta absque curatoris authoritate non teneat, nihilominus facta extra iudicium absque curatore facit indicium ad torturam, pluresque in id refert Marsil. in l. de minore in princ. num. 29. 30. & sequen. de quæstio. Quod durum videtur, vt plus operetur extraiudicialis confessio quam iudicialis, vide citata per Clar. in d. quæstio. 55. vers. vlterius potest.

23 Quid si nõ fuerit ei datus curator, sed legitimè constitutus fuerit procurator, an confessio noceat. Foller. ibid. nu. 9. vers. sed quid si non fuerit, tenet pro affirmatiua.

24 Quid si minor ducitur ad locum torturæ ad effectum, vt torqueatur, qui id timens dicit, non est opus torquere, quia deliqui, & libere fateor delictum de quo agitur, iuroque me non venturum contra huiusmodi confessionem: an talis confessio præiudicet? pro negatiua Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 21. par. 1.

Et quid si tortus sit non dato curatore, an in illo actu torturæ necessaria fuerit authoritas pro negatiua post alios Menoc. in cons. 100. num. 137. & seq. lib. 1. vbi ex mente Salicet. & aliorum quos refert, inquit ridiculum fore si dicatur necessariam esse curatoris authoritatem in confessione facta in tormentis, cum eius authoritas adaptari non possit, cum tortura sit actus factus à Iudice, cui curator authoritatem præstare non debet ex ibi deductis. Quibus addo Abb. in cap. ex parte num. 9. vers. ex his infertur, de confess. dum constituit esse differentiam inter ea quæ tendunt ad ordinationem Iudicij, & illa, quæ tendunt

ad

ad inueniendam veritatem: in primis necessaria est authoritas, quæ non cadit in secundis, & statim declarat in vers. limitatur tamen, quod præcedere debet quædam causæ cognitio an minor sit interrogandus, vel nè, & in hoc requiritur curatoris authoritas, & concludit valere confessionem minoris in tormentis factam, si tamen illam postea ratificet extra locum tormentorum, ibi vide.

25 Quid in ficta confessione? Stante statuto vt contumax habeatur pro confesso? An si minor fuerit contumax, nec ei deputatus fuerit curator, locus sit statuto? Et negatiuam sententiam amplectitur Foller. ibid. num. 25. vide supra num. 3.

26 Quid in muliere sponte confessa delictum? dic posse eam petere restitutionem in integrum aduersus dictam confessionem, illamque fore concedendam. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 27. par. 1.

27 Excipi etiam potest confessionem non esse puram, sed qualificatam, acceptarique non posse, nisi cum sua qualitate. Clar. in ead. quæstio. 55. vers. posset quoque reus. Et vide quoad hoc latè deducta sup. in cap. 1. num. 18. & seq. in vers. quod verum est, & vers. seq.

28 Et etiam si essemus in casu, quo confessio diuidi, & in parte tantum acceptari posset, vt potè quia contraria iuris præsumptio vrgeret contra confitentem iuxta ea, quæ dicta sunt supra in d. cap. 1. num. 20. adhuc reus ita qualificatè delictum confitens ordinaria pœna puniri non posset, sed alia mitiori. Clar. in quæst. 55. vers. fortè posset hæc exceptio. Boss. in tit. de confess. num. 20. Marsil. in pract. crim. §. postquam, num. 24. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 46. par. 1.

29 Excipi potest etiam confessionem factam esse sine causa Marsil. in sing. 329. vers. alius est casus videlicet in confessione facta sine causa. Et tactum est sup. in hoc met cap. 3. art. 2. num. 8. vers. esseq; debet.

30 Legitima est etiam exceptio, quod lapsa sint tempora data ad torquendum à statuto; Ideo confessio est nulla, vt dictū est sup. in 2. art. huius 3. cap. n. 3. vers. rursus declara.

31 Quid

31 Quid si reus simpliciter est delictum confessus? An liceat postea se defendens dicere, quod fecit ad sui defensionem? Distingue, vt facit Boss. in titulo de Confess. num. 31.

32 Excipere etiam potest de nullitate confessionis, si facta esset ante formatam inquisitionem, vel datam accusationem. Boss. vbi supra num. 38. quæ inquisitio formari nequit nisi præcedentibus inditijs, probatis per duos testes. Bursat. in cons. 201. num. 38. lib. 2. vide in prima parte cons. criminal. in consil. 102. num. 7.

33 Vel si facta esset in responsione ad inquisitionem formatam non præcedentibus inditijs. Mascar. conclus. 351. num. 1. Clar. in pract. quæst. 55. vers. si vero confessio.

34 Excipitur etiam de errore confessionis: at opus est concludenter de eo docere, vt dictum est supra num. 55. vers. Octauo quæritur, in 4. art. Mascard. de probationi. conclus. 378. num. 5.

35 Et cum in rei veritate de innocentia constaret, allegari posset, vt veritas attendatur postposita confessione. Boss. de confess. num. 70. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 58. par. 1. Ferret. cons. 137. num. 2, & supra in cap. 1. num. 45. Et vbi vti contumax in comparendo haberetur pro confesso, posset quilibet comparere ad docendum de innocentia. Corne. in cons. 194. col. 2. vers. non ergo obstat, lib. 1. & vers. seq. vbi de communi. Proinde pater admittitur in causa filij, Dominus in causa serui, Ciuitas in causa ciuis, Abbas in causa Monaci. Corne. in cons. prædicto. vers. dato, & vers. seq. Cepol. in cons. crim. 54. num. 12. & in cons. 74. vbi ampliat procedere etiam in patre Hebræo. Rolan. in cons. 47. num. 33. lib. 3. idem dicendum de vxore pro marito, Principe pro subdito, & de Episcopo pro suo clerico. Boss. in pract. in tit. an in criminal. Iudici. num. 17.

36 Metu etiam factam confessionem deduci potest, vt declarat Boss. ibidem. num. 73. & Foller. in dicta rubr. Et si confitebuntur, num. 9. par. 2. & in præcedenti articulo quarto, num. 11.

37 No-

37 Notandum; est quod quoties aliqualiter confessio offuscatur, tunc non est locus torturæ, vel ea eliditur. Boss. de confess.per tortu.num.22. in fin.& num. 24.& seq.Foller. in d.rubr. Et si confitebuntur. num. 21.par.2.

38 Excipere etiam licet reo confessionem sibi non nocere, quia nec à parte, nec à Iudice fuit acceptata. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur,nu.49. par. 1. est enim acceptatio necessaria, vt habes sup.in cap. 1.num.39.

39 Admittitur etiam exceptio, quod confessio non est facta coram Iudice,nec in solito loco Iudiciorũ. Foller. ibid. num. 60. vers. ac primo quidem. par. 1. Nec coram Iudice sedente pro tribunali. Clar. in pract. quæst.55.vers.item potest dicere; vide notata supra in primo articulo huius 3. capitis,num.4.5.& 10 vel quod facta est coram Iudice incompetente. Clar. in pract. crim. quæst. 55. in princ. in vers. præterea etiam, & in vers.sequen.& vide citata supra in d. primo articulo, num. 12.

40 Bonaq; est exceptio, quod confessio facta est in loco vbi Iudex non habet iurisdictionem. Foller. in d. rubr. Et si confitebuntur, num. 61. par. 1.

41 Potest etiam confessio per confitentem declarari. Foller. in ead.rubr. num.130. par.1.& dictum est supra in cap. 1.num. 14.

42 Admittenda est etiam exceptio, quod testes de confessione deponentes nulliter sunt examinati per solum Actuarium absque Iudicis præsentia. Foller. vbi supra parte 3. num. 12.

43 Exceptio etiam illa legitima est, qua dicitur tortum, & confessum non potuisse iure torqueri: Et confessio extorta ab illis, qui torqueri prohibentur, est inualida. Foller.in d. rubr. Et si confitebuntur, num.77.par.3.

44 Bonaque est exceptio, quod confessio extorta fuit sub fiducia promissæ gratiæ, ex his quæ latè supra deduximus in 3.art. huius tertij capitis,num.24. & seq. in vers. nec silentio prætereundi.

45 Releuat etiam exceptio quod reus fuit iniustè captus, & carceratus, proinde confessio ab eo facta nulla est, &

irreleuans, ad Purpurat. in consil. 446. num. 4. lib. 2. & num. 25.

46 Excipi etiam potest confessionem fuisse incidenter, non principaliter factam, & ideo ex ea non posse confitentem damnari, ex congestis per Crot. in conf. 167. num. 19. lib. 2. quod tamen intellige prout declarat idem ibid. nu. 59. vt procedat quando esset criminaliter condemnandus sine nouo processu, ex iuribus ab eo deductis, faciuntq; notata supra in cap. 2. num. 82.

47 Et vbi reus ex aliqua causa inquiri non poterat, si fateatur delictum confessio non nocet. Syluan. conf. 7. num. 5. & seq. vbi de communi. Aduerte ad notata supra in cap. 1. num. 9. & 10. quæ valde vrgent in oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio reuocatur aliquando simpliciter, aliquando docto de errore.*

2 *Reuocatio quando facta dicatur incontinenti?*

3 *Nisi reuocata fuerit incontinenti, si postea reuocetur, opus est de errore docere.*

4 *An reuocari possit si fuerit à parte acceptata? & num. seq.*

6 *An reuocari posit in secunda instantia? & num. 9. & 33.*

7 *Facta à procuratore reuocari valet, vt erronea.*

8 *Etiam non aliter docto de errore.*

10 *Et præsertim si facta fuerit à procuratore reuocato.*

11 *Et ne dum ipse principalis, sed etiam procurator reuocare valet.*

12 *Fallit si esset adminiculata.*

13 *An facta à principali posit à procuratore reuocari?*

14 *Docto de errore reuocatur etiam facta in rescripto.*

15 *Quid de facta in vltimis voluntatibus? & num. 38.*

16 *Quid de facta in publico instrumento?*

17 *Etiam si fuerit pluries reiterata, & num. seq.*

19 *Etiam si fuerit iuramento vallata.*

20 *Factaque si post datum terminum ad deliberatè respondendum.*

21 *Oppositum, quod post datum terminum nequeat reuocari.*

22 *Verior est opinio vt reuocari posit.*

23 *Quod procedit tribus concurrentibus.*

24 *Habetq; locum etiam in ficta confesione inducta per statutum, quæ & ipsa docto de errore reuocatur.*

De Reuocatione Confessionis,

Caput Quartum.

1 REuocari valet confessio aliquando simpliciter, & aliquando docto de errore. Simpliciter reuocari permittitur absque eo quod aliud doceatur, si reuocatio fiat incontinenti: proceditque tam in iudiciali, quam in extraiudiciali confessione, vt post glo. & alios notat Ias. in l. error. num. 9. C. de iur. & facti igno. Alciat. in præsump. 21. num. 5. reg: 3. Gabriel. de confess. conclus. 6. num. 8. & 10. Io. de Ami. in cons. 109. nu. 22. Tiraq. de retract. conu. §. 1. glo. 5. num. 13. & 14. Cotta in suis memoriali. super ver. confessio potest. Mascar. conclus. 350. num. 8. Boer. inquit communem esse

in opppositum in decis. 89. num. 4.

2 Factaque dicitur incontinenti si fiat intra triduum; ad Gabrielium ibid. num. 13. Tiraq. autem vbi supra, nu 14. multos inducit, volentes, vt incontinenti fieri dicatur, antequam confessio redigatur in scriptis, vide congesta per Mascard. in conclus. 348. num. 55. & in conclus. 350. nu. 10. Alciat. in præsumpt. 21. num. 3. reg. 3.

3 Cum autem non fuerit incontinenti reuocata ad effectum, vt amplius reuocari valeat, opus est de errore docere. Gabriel. d. conclus. 6. num. 11. Tiraq. vbi supra. Cotta supra citatus ibid. Deci. in l. 1, num. 7. & 8. C. de erro. calcu.

4 Sunt qui velint præmissa procedere, si confessio non fuerit à parte acceptata, vt per Cott. ibid. in vers. Sed hæc omnia. Ias. in l. error. num. 3. C. de iur. & fac. igno. Marsil. in sing. 452. Gramm. cons. ciuili. 17. nu. 10. Franc. decis. 60. num. 8. cum congestis à Rimin. Iuni. in cons. 178. num. 44. lib. 1. Mascar. in conclus. 350. nu. 11. Plot. cons. 69. nu. 8. Purpurat. cons. 601. nu. 15. lib. 2. Barbat. cons. 44. nu. 8. lib. 4. Decian. cons. 44. num. 75. lib. 3.

5 Verior tamen est contraria sententia, vt etiam acceptata valeat reuocari docto de errore, vt liquet ex notatis ab Alciat. in d. præsumpt. 21. num. 11. reg. 3. Ancaran. in quæst. 30. nu. 3. par. 2. Franc. Marc. decis. 1184. nu. 28. Rimi. Seni. cons. 372. num. 27. & seq. lib. 2. Catta. vbi supra in vers. multi tamen. Grat. in cons 37. num. 10. lib. 2. Crot. cons. 131. num. 55. lib. 1. Rimi. Iuni. consil. 130. num. 23. & 24. lib. 2.

6 An autem reuocari valeat in causa appellationis in secunda instantia, vide Capiti. in decis. 28. num. 5. tenentē pro affirmatiua, & Bellame. decis. 296. nec non deducta infra num. 33. in vers. & an post latam.

7 Vbi autem confessio non à principali, sed à procuratore facta esset absente principali, tunc vti erronea reuocari potest. Caputaquen. decis. 230. num. 3. parte secunda, & decis. 198. par. 1. Tiraq. de retract. conuent. glo. 5. §. 1. num. 1. num. 13.

8. Etiam

8 Etiam non docto de errore. Caputaq. decis. 139. num. 3. ibidem diuerso. decis. 91. quæ incipit: Die 29. Aprilis in manuscriptis, & impressis in decis. 613. num. 9. parte prima:

9 Et nedum in prima, sed etiam in alia instantia. Rota decis. 2. de confess. in nou. Etiam post sententię executionem. Anto. August. decis. 115: quæ incipit. Io. Paulus in Tyburtina, lib. 3. in manuscriptis. Aduerte adnotata per Bursat. in cons. 111. num. 11. lib. 1. volentem, quod nunquam post litem contestatam reuocari possit. Quod admitti potest, vbi de errore non doceatur. Docto autem de errore reuocari valet ex infrascriptis in num. 13. & sequen.

10 Et præsertim est reuocabilis si facta esset à Procuratore reuocato. Caputaq. decis. 198. par. 1.

11 Et nedum Dominus, sed ipsemet Procurator reuocare potest. Rota decis. 19. de Procurator. in nou.

12 Fallit vbi confessio esset adminiculata. Bald. in l. final. n. 1. vers. ex quibus verbis. C. de probationi. Grammat. decis. 34. num. 60. & decis. 72. num. 4. & supra in cap. 3. art. 4. num. 59.

13 Quid è conuerso? An confessio facta à principali reuocari valeat à Generali Procuratore? Doctoque de errore, quod possit habes per Put. decis. 2: de confess. Peregri. decis. 154. in fine, lib. 2. quæ incipit, in causa Salamantina in manuscriptis.

14 Docto autem de errore reuocatur etiam si facta fuerit in rescripto. Caputaq. decis. 32. num. 2. par. 1. Pedem. decis. 138. num. 13. vbi declarat.

15 De facta in vltimis voluntatibus, vide infra in cap. 8. vbi latè num. 38.

16 Item si facta sit in publico instrumento. Ias. in l. error. num. 29. C. de iur. & facti igno. Deci. in cap. cum venerabilis, num. 25. de exceptio. etiam in Instrumento guarentigato. Marsil. in singul. 452. Socin. in cons. 70. num. 50. lib. 4. vide supra in cap. 1. num. 38. vers. sunt qui limitant. Gabriel. conclus. 6. de confess. vide in con-

trarium deducta per Decian. in consil. 33. nu. 59. lib. 1.
17 Ampliatur etiam si confessio sit reiterata. Cotta in memorialib. suis super verb. confessio potest. vers. & ista ampliantur. Rimin. Iun. cons. 45. num. 19. lib. 1. & consil. 130. num. 6. lib. 2. Gramm. voto 10. nu. 33. Aym. cons. 151. num. 32. Bero. cons. 201. lib. 3. Gramm. cons. ciuili. 24. num. 2. & sæpius etiam repetita. Ias. in l. 1. num. 7. & seq. C. de erro. calcu. vbi Deci. num. 7. & pluries multiplicata. Ias. in l. error. nu. 29. C. de iur. & fact. igno. Gabriel. conclus. 5. vers. contrariam sententiam, de confess. Curt. Seni. cons. 55. num. 13.
18 Et licet aliqui contradicant, de quibus Roma. in cons. 34. num. 9. & cons. 391. num. 2. Mascard. conclus. 347. num. 45. Attamen vera est ampliatio. Mascar. ibidem num. 48.
19 Estque locus reuocationi etiam si medio iuramento facta fuerit. Mascard. d. conclus. 347. num. 49. Gramm. cons. ciuili 24. num. 4. Ias. in l. 1. num. 9. C. de erro. calcu. Felin. in cap. cum dilecti. num. 4. de accusat. Seraphi. de priuil. iura. in priuil. 135. num. 2. Cæs. de Graff. decis. 90. num. 2. de except. cum alijs de quibus infra, num. 22. vers. quinimo locus.
20 Et etiam si facta esset post datum terminum ad deliberandum. Mascard. ibid. num. 49. Grammat. cons. ciuili. 24. num. 31. Ias. in d. l. 1. num. 8. de magis communi. Gabriel. de confess. conclus. 5, Roma. in cons. 391. num. 3. Iacobin. de sanc. Georg. in l. 1. num. 10. C. de erro calcu.
21 Oppositum, vbi facta sit post datum terminum ad deliberatè respondendum voluerunt. Roma. in d. cons. 346 num. 10. & seq. Gramm. in voto. 16. num. 8. & citati per Iaso. in d. l. 1. num. 7. C. de erro. calcu. Franc. Mar. decis. 705. num. 4. Curt. Sen. testans de communi in cons. 55. num. 12. & 13.
22 Quinimo locus est reuocationi, vbi de errore doceatur non tantum si sit iurata, sed cum iuramento concurrāt acceptatio partis, & reiteratio, & quod facta sit per terminum ad deliberatè respondendum. Boss. in tit. de confess. nu. 61.

Iaſ. in l. error. in fine. C. de iur. & fact. igno. Bero, conſ. 194. num. 1. lib. 3.

23 Quod limitat Iaſ. in d. l. 1. ex mente Bal. quem ibi refert, vt non procedat tribus concurrentibus, quod facta ſit poſt datum tormentum ad deliberandum, & pars acceptauerit, & confeſſio concernat factum proprium, vide Soci. in reg. 66. vbi dat pro cautela, vt poſt factam reſponſionem fiat acceptatio, ibi vide.

24 Et præmiſſa vendicans ſibi locum etiam in confeſſione ficta, inducta per ſtatutum, quæ & ipſa docto de errore eſt reuocabilis. Marſil in pract. crimi. §. poſtquam. num. 47. vide adducta ſupra in contrarium in cap. 3. art. 4. nu. 60. & in art. 5. num. 3.

25 Quid ſi confitens errauit in facto alieno, in quo tamen ipſe interfuit, vel illud in eo loco erat notorium? vide Angel. in l. 2. num. 4. verſ. in eadem ibi, quia probabiliter. ff. de confeſſ.

26 Et reuocari poteſt nē dum ab ipſo confitente, ſed etiam ab eius hærede, ad Iaſ. in l. cum teſtamentum, num. 5. de iur. & fact. igno. Crot. conſ. 150. num. 27. lib. 2. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 90. de except. num. 3. Cephal. conſ. 132. nu. 24. & 25. lib. 4. Bero. conſ. 60. num. 30. lib. 2.

27 Oppoſitum notat Bellon. in conſ. 4. num. 15. vbi autem teſtator medio iuramento affirmauerit, nequit hæres reuocare. Bero. d. conſ. 60. num. 36.

28 Et vbi doceatur de errore poteſt ab hærede reuocari vt iudicatum fuit in Regio conſilio, referente Afflict. in deciſ. 233. Cephal. conſ. 532. num. 24. & ſeq. lib. 4 Sed ex alio capite quam erroris nequit hæres impugnare. Vrſil. ibi ad Afflict.

29 Quod procedit in vniuerſali ſucceſſore, ſed limitatur nō habere locum in ſingulari. Ruin. in conſ. 76. num. 15. lib. 5. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 90. num. 4. de except.

30 Eſt tamen aduertendum quod ſi cum confeſſione concurrant alia adminicula, nil prodeſſet reuocare confeſſionē iuxta Bal. in l. fin. nu. 2. verſ. ex quibus verbis. C. de probat. vide Gramm. in deciſ. 34. num. 60. & ſeq. & ſupra num. 12.

31 No-

31. Notabis autem extraiudicialem confesſionem non poſſe reuocari, ſi ratificata fuerit in tortura, Maſcar. in concluſ. 350. num. 5. vide Claud. Battan. in ſua pract. crim. in reg. 50.

32 Quid poſt concluſionem in cauſa? An confeſſio reuocari queat erroris prætextu? Et venit diſtinguẽdum, an error veniat aliunde probandus, & non eſt locus reuocationi, an vero de errore doceri poſſit ex actis, & tunc reuocationi ſit locus. Ad congeſta per Afflict. in deciſ. 44. nu. 2. & ibi vide Vrſil. in princ.

33 Et an poſt latam ſententiam valeat reuocari, tangitur in locis præcitatis, & habetur per Foller. in ſua pract, in verſ. Et ſi confitebuntur, num. 90. in prima par. Et quoad ſecundum inſtãtiam in cauſa appellationi, vide Angel. in l. 2. num. 4. ff. de confeſſ. & prò affirmatiua Bal. in conſ. 23. num. 16 lib. 1. inter conſ. crimi. Bellam. deciſ. 693. Capit. deciſ. 28. num. 5. & ſup. num. 6. & 9.

34 Et Rota diſtinguit an agatur inter eaſdem partes, vel diuerſas: vt in primo caſu poſt ſententiam reuocari nequeat, & ſecus ſi inter diuerſas, vt habetur per Cæſ. de Graſſ. in deciſ. 90. num. 8. de exceptio.

35 Et vbi confeſſio ſponte facta fuerit in iudicio, ſi poſtea per confitentem reuocetur in carcere, reuocato nil operatur. Marſil. in ſingul. 697.

36 Facta autem in vno iudicio tendente ad vnum finem reuocari poteſt in alio tendente ad finem diuerſum, iuxta communem, de qua Curt. Iun. in conſ. 41. nu. 15. & in l. ſecunda, in fine. C. de eden.

37 An autem confeſſio ad exonerationem conſcientiæ facta reuocari poſſit non tranſit abſque difficultate, vide in vtranque partem congeſta per Tiraq. de priuil. piæ cau. in priuil. 107.

38 Dubitatur autem, an confeſſio facta in vltima voluntate reuocari valeat: in quo articulo varia fuit ſententia Doctorum. placuit ſi quidem quam pluribus: de quibus Marſil. in rubri. ff. de fideiuſſori. num. 42. & ſeq. quod huiuſmodi confeſſio plenam facit probationem. Non deſunt au-

tem

tem contradictores, relati infra in c.8.vers.quod huic confessioni, num.33. Et vide notata ibid. num. 4.

39 Quæro autem an tacita confessio, quæ ex iurium productione resultat, de qua agitur infra in cap.6.in principio valeat reuocari? Et Milis in suo repertorio super ver.error tacitæ confessionis, concludit pro negatiua, vide tamẽ Deci. in cap. cum venerabilis, num. 25. de exceptio. & pro affir-
40 matiua concludit Decis. Pedemon. 39. in fine, si tamen de errore doceatur, & Bald.in cons.307.lib. 5. num.1.lateque Granuti. Theorem. 20. num. 15. vbi vide, quia nonnulla citat in oppositum. Crauet.de anti.tempo.§.viso de verbis, num. 63. & seq. & num. 66.

41 Valet tamen reuocari vbi instrumentum productum declaratur falsum. Pedemon.decis. 39.num. 40.

42 Reuocari etiam potest confessio facta in iudicio, etiam non docto de errore, si facta fuerit ex abrupto absque alia deliberatione. Rimin. Iunior in consil. 489. num. 45. lib. 5.

43 Facta autem in articulis, vel responsione ad positiones præiudicat, & reuocari nequit, nisi de errore doceretur, ad Caputaq. decis. 191. num. 1. par. 1. Gabriel. de confess. conclus. 6. num. 6. At quamplures in oppositum citantur ibid. num. 4. Tenendum est autem vt reuocari possit etiam non docto de errore, si incontinenti id fiat, & ante partis acceptationem. Alias non est locus, nisi docto de errore. Ad Tiraq.de retract.conuentio.§.1.glo.5.nu.15.& 16.Bellame. decis.695. vers. & hoc nisi velit.

44 Positionesq. datę in prima instantia per Procuratorẽ mutari, & corrigi possunt à Domino in secunda absque alia erroris probatione. Rota decis.2.de confess.in nou. vide notata infra in cap. 9. art. 5. num. 21.

45 Est etiam adnotandum, quod licet erronea confessio reuocari possit, vt liquet ex præmissis, id non procedit quando error iste caderet in latam culpam, vt declarat Paris de syndica. super verbo tortus, cap. 7.num. 5.

SVMMARIVM.

1 Confessio sine causa nullius est momenti.
2 Siue facta sit præsente, vel absente parte.
3 Etiam si respiciat fauorem dotis.
4 Fallit, si esset iurata.
5 Item si est geminata.
6 Dummodo geminatio facta sit ex interuallo.
7 Quod Felin. declarat quomodo procedat.
8 Rota tenuit oppositum.
9 Decij distinctio circa præmissa.
10 Fallit hæc regula si fiat in iudicio; vide impugnationem num. seq. & declarationem, num. 12. fauore piæ causæ.
13 Fallit si fiat in instrumento guarentigiato.
14 Vel facta sit ad alium liberandum.
15 Et quando dictum esset in confessione, quia sic sibi facere placuit.
16 Fallit si in protbocollo Notarij extent alia instrumenta, ex quibus iustificetur.
17 Fallit vbi quis aliquam rem meam esse fatetur.
18 Fallit si fiat in vltima voluntate.
19 Licet plenè non probet, facit tamen semiplenam probationem.
20 In criminalibus confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, ibi de veritate.
21 Vbi sit verisimilis, aut adminiculata probat.
22 An confessio Prælati, Tutoris, & similium, præiudicet Ecclesiæ, vel principalibus?
23 Regula ista non procedit, si constet ex coniecturis, quod confitens donare voluerit.
24 Limitant quam plures, vt nec procedat in confessione facta in scriptis.
25 Nec procedit si confessio sit conditionalis: quoniam conditio habetur pro causa.
26 Fallit etiam si fiat inter coniunctos, & adsit rei exiguitas.
27 Item si huiusmodi confessionem præcedat aliqua liberalitas eius, cuius fauorem confessio respicit.
28 Fallit etiam si is, ad cuius fauorem facta est confessio probet ipse causam.

De Confessione sine causa, & eius effectum.

Caput Quintum.

1 CONFESSIO sine causa nullius est momenti, l.cū de indebito.§.fin.ff.de probationi.cap.si cautio de fide instru.cum cōgestis à Seraphi. de priuil. iura. in priuil. 94. num. 1. & seq. & per Marsil. in rubr. C. de probatio. num. 77. & Mascard. in conclus. 345. Proceditque tam in causa ciuili, quàm criminali, ibid. num. 2. sed num 3. multa cumulat in contrarium.

2 Et conclusio procedit seu facta sit confessio parte pręsenter siue absente. Mascar conclus. prædicta 345. num. 10. Vbi tamen plura opponit.

3 Amplia vt conclusio procedat etiam si talis confessio facta fuerit fauore dotis, iuxta communem de qua Bursat. in cons. 119. num. 24. lib. 1. Qui tamen loquitur vt tertio non præiudicet, vide per eum ibi citatos.

4 Limitatur, vt non procedat, quando est iurata: quoniam iuramentum habetur pro efficaci causa; vide quæ dixi in meo tracta. de iuramen. par. 4 in effect. 24. Mascar. vbi supra, num. 36. vbi facit differentiam num. 39. inter causam ciuilem, & criminalem, & vide omninò Crot. in cons. 260. per totum, lib. 2. vbi latè ad materiam. Grammat. decis. 34. num. 59. & Ioan. de Ami. cons. 34. num. 3.

5 Limitatur secundo cum est geminata. Ias. in .§. in personam, num. 48. Institu. de actioni. plura cumulat. Felin. in d. cap. si cautio. num. 39. & seq. Deci. in cons. 163. num. 2. Parisi. cons. 77. num. 37. lib. 3. Maran. in 6. par. in 5. actu. iudicio. nu. 15. Mascar. conclus. 345. nu. 52. cum alijs, de quibus sup. in cap. 2, num. 14. & seq.

6 Declara tamen, vt procedat si geminatio facta sit ex interuallo, secus si simul, ad Ias. qui alios refert in l. 1. num.

31.ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. & in l. si insulam, nu. 35. in fine de verb. oblig. Felin. in d. cap. si cautio. num. 44. Afflict. decis. 285. nu. 12. Ripa in rubr. de ver. obli. nu. 34. Deci in l. 1. num. 7. C. de erro. calcu. Mascard. conclus. 345. num. 52.

7 Hanc autem declarationem, quod necesse sit, vt interuenerit interuallum, restringit Felin. ibid. vt procedat cum actus factus sit viua voce: & secus sit in his quæ geminata sunt in scriptura, quæ seriosè replicata videtur, non autem ex trãscursu linguę, quæ restrictio si vera est, semper est memoranda: eumque sequitur Parisi. in consil. 58. numer. 10. lib. 3. & sentit etiam in cons. 75. num. 20. & sequenti ibidem.

8 Rota autem contrarium censuit in decis. Caputaq. 199. num. 3. par. 1. quod scilicet verba pluries in eodem instrumento repetita non dicuntur geminata, nec facit vt dicãtur plures, sed vnica tantum confessio, & inquit Deci. in l. penul. nu. 4. vers. ista distinctio. C. de pact. quod hæc distinctio non habet vrgentem rationem.

9 Aliterque ipse distinguit, inquiens, quod vbi agitur de declaratione voluntatis, verba geminata eodem prolata tempore magis exuberantem voluntatem ostendunt, vti verba prægnantia; & ita procedunt allegata pro hac parte. Sed vbi agitur de tertij præiudicio, ibi requiritur temporis interuallum, ad effectũ, vt geminatio effectũ de quo agitur, operetur, vide Tiraq. plura in materia differentẽ in l. si vnquã super ver. reuertatur, nu. 50. & 51. C. de de reuo. donat.

10 Tertio limitatur si fiat in iudicio, Ias. in l. siue apud acta. num. 2. C. de transact. Cur. Iuni. in l. edita, num. 139. C. de eden. Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 63. ff. de quæst. Felin. in cap. si cautio, num. 10. de fide instr. Iacobin. in l. cum de indebito. §. fina. nu. 20. de probat. Alex. in cons. 13. nu. 4. lib. 1. Io. de Ami. in cons. 129. n. 7. & 9. vbi declarat. Corn. in cons. 99. col. 1. vers. ex his puto, lib. 3. Rimi. Iun. in cons. 480. nu. 20. lib. 4. Paris de syndic. super ver. tortus, c. 7. nu. 5. Mascar. conclus. 345. nu. 16. & 19. vbi de communi, & in conclus. 348. nu. 7. Marsil. in rubr. C. de probatio. num. 81.

11 Con-

11 Contra huiusmodi limitationem nonnulla pōderat Felin.ibid.nu. 10. vers. sed contra istam,& Mascar. d.conclus. 348.nu. 8.quæ non sunt leuis ponderis, non tamen audet à limitatione recedere,quam dicit communiter esse receptã.

12 Declara modo huiusmodi limitationem, vt procedat, si hæc iudicialis confessio sine causa.facta sit principaliter, nō autem incidenter. Mascar.d.conclus.345.num.21.Marsil. in rubr. C. de probatio. num. 88.

12 Fallit quarto cum respicit fauorem piæ causæ. Felin,ibi. num. 6. & Mascard.d.conclus. 345.num. 61.

13 Quinto fallit in confessione facta in instrumento guarentigiato.Ias.in l.tale pactum,nu.6.ff.de pact.Felin. in d.cap. si cautio,nu.15.de fide instru.Mascar.conclus.345.nu.55.& conclus. 347. nu. 81.limitatio ista non est tuta ex relatis à Tiraq.in l.si vnquam, super verbo donatione largitus, nu. 103.C.de reuo.donat.& habetur sup. in c. 1.num.38.Hinc consulit Alex.in cons.4.nu.1.& 2.lib. 1. quod si quis fatetur debere centum Aurelio, eaq; soluere promittit per publicū instrumentū,huiusmodi promissio non obligat, quod & voluit in cons.13.n. 2.ibid.vbi.n.3. testatur de communi. Aduerte tamen an sit iuratum,vt sup.n.4. Corne. tamen in cons.99.col.1.& 2.oppositum tuetur,motus quod huiusmodi confessio facta coram Notario in instrumento guarentigiato dicatur confessio iudicialis, cum Notarij dicantur habere iurisdictionem in volentes,ibi vide lib. 3.

14 Sexto limitatur in confessione liberatoria, ad glo. in l. 1. super verbo apud Iudices de interro.actio. & Capiti.decis.133.num. 5. Decian. cons. 61.nu. 13.lib.4.Hippol.in l. fina.nu.15.de iurisd. omn. iudi.Ias.in l. tale pactum, nu.7. ff.de pact.Iacobi.in l. cum de indebito. §. final.num. 20.de probatio.Maran.in 6.par.5. actu iudicio.num.12. Mascar. conclus. 345.num. 40. vbi num. 44. extendit procedere etiam si facta sit absente parte. At non desunt magni contradictores, ibid. vide. Extendit etiam, vt procedat si talis confessio sine causa facta esset per verba enunciatiua, quod non satisfacit, ex his, quæ supra notauit idem Mascar. in d.conclus. 345.num. 21.

15 Septi-

15 Septimo limita quando in confessione dictum esset, quia sic sibi facere placuit, ad Alex. in cons. 83. num. 6. lib. 1. Duen. in reg. 118. num. 2. Mascar. conclus. 345. num. 59.

16 Octaua est limitatio si in prothocollo Notarij, ex præcedentibus instrumentis causa verificaretur, vt post alios ab eo relatos firmat Duenn. vbi sup. proximè, nu. 1. in prima limitat. & Mascar. conclus. 345. num. 57.

17 Nono fallit, si quis rem meam esse fateatur. Nam absq; aliqua causæ expressione mihi acquiritur. Felin. in cap. si cautio, num. 8. de fide instru. & num. 33. vbi Imol. num. 18. Abb. num. 2. vers. fallit secundo, Duenn. in d. reg. 118. num. 3. Mascar. in d. conclus. 345. num. 48. vbi nu. 50. declarat id procedere si talis confessio facta fuerit in iudicio, & secus esse in extraiudiciali, & vide in conclus. 347. num. 111. Crot. in cons. 212. num. 8. lib. 1. nec non Menoc. de arbitra. quæstio. lib. 2. centu. 4. casu. 336. nu. 30. Alciat. in præsumpt. 21. col. final. in 3. reg. & deducta supra in cap. 1. nu. 47. vers. quibus concinit, quæ sunt directò contraria. Angel. in l. certum. §. si quis absente, nu. 3. de confess.

18 Decimo limitatur vbi fiat in vltima voluntate, quoniam saltim valet in vim legati. Abb. in d. cap. si cautio, num. 2. vers. fallit tertio de fide instru. quod tamen declara, & intellige prout facit ibid. Felin. num. 24. vbi dat quamplures declarationes, quas ibi vide, quoniam transplantare non libuit. Mascard. conclus. 345. num. 30. & seq. Marsil. in rubr. C. de probationi. num. 80. Menoc. cons. 25. num. 8. lib. 1.

19 Vndecima datur limitatio, quod licet non plenam facit saltim semiplenam probationem. Alex. cons. 83. num. 7. lib. 1. Roman. in l. si verò. §. de viro. col. final. vers. nono negatur. ff. solu. matri. Maran. in 6. par. in 5. actu iudici. num. 6. Felin. vbi supra, num. 12. Duen. in reg. 120. Mascar. in d. conclus. 345. num. 26. Marsil. in rubr. C. de probatio. num. 78. Releuatque partem ab onere probandi. Mascar. d. conclus. 345. num. 11. Sed aduerte quod

Docto-

Doctores ab illo citati non loquuntur de confessione facta sine causa.

20 Et in criminalibus confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam. Maran. vbi supra num. 3. Felin. in d. cap. si cautio. num. 24. vers. quarta declaratio. Oppositum habes per Marsil. in singul. 219. vbi omnino vide: quia dicit aureis literis esse notandum, & vide congesta per Mascar. in conclus. 345. num. 2, & seq. & supra in cap. 3. art. 2. num. 2.

21 Et vbi confessio esset verisimilis, vel adminiculata, plenè probaret, Mascar. d. conclus. 345. num. 29. Tiraq. in l. si vnquam, super verbo donatione largitus, nu. 101. vers. vbi intelligit, C. de reuo. donatio.

22 An autem confessio Prælati, Tutoris, Procuratoris, & similium præiudicet Ecclesiæ, & principalibus eorum, suo loco deducetur infra in cap. 9.

23 Limitatur duodecimo, vt conclusio non procedat vbi ex coniecturis apparere potest hunc sine causa cõfitentem donare voluisse. Mascard. post Felin. & alios ab eo relatos in d. conclus. 345. num. 46. & 51.

24 Decimatertia datur a nonnullis limitatio, vt non procedat in quacunque confessione facta in scriptis, vt refert Mascard. in d. conclus. 345. num. 62. & seq. quæ nimis est periculosa ex deductis ab eodem ibidem num. 63. & sequenti.

25 Quartodecimo limitatur non procedere si confessio est conditionalis, quoniam conditio habetur pro causa. Mascar. ibid. num. 66. Felin. in cap. si cautio. num. 16. de fide instru.

26 Decimaquinta additur limitatio cum inter confitentem illum in cuius fauorem confessio tendit, concurrit & coniunctio personarum, & rei de qua agitur exiguitas, Mascar. in eadem conclus. 345. num. 67. Felin. in d. cap. si cautio. num. 18.

27 Decimosexto limitatur, cum illius, ad cuius fauorem fit confessio aliqua liberalitas processit, tunc enim confessio facta præsumitur animo remunerandi. Mascard. ibid.

ibid. num. 68. & Felin. vbi supra, num. 19.

28 Affertur etiam decimaseptima limitatio, cum is, cuius contemplatione facta est confessio, probat ipse causam subesse. Mascar. ibid. num. 69.

SVMMARIVM.

1 *Taciti & expressi eadem est virtus.*
2 *Tacita confessio resultat ex productione iurium in actis, quia producens censetur fateri vera esse, quæ in eis continentur.*
3 *Quæ tacita confessio plenè probat contra producentem.*
4 *Etiam si scriptura producta fuerit in parte, & partibus.*
5 *Probatque ne dum ad fauorem eius contra quem producitur, sed etiam ad fauorem tertij.*
An huiusmodi confessio reuocari possit?
6 *Quod procedit si scriptura est solennis & valida.*
7 *Sed si productio facta sit coram Iudice incompetente, non probat. Contra, num. 8.*
9 *Confessio resultans ex productione non est principaliter facta.*
10 *Quid si iura producta sint ad vnum finem. An præiudicent producenti ad alium diuersum finem?*
11 *Regula fallit quando iura producuntur animo ea impugnandi.*
12 *Item cum sumus in materia prohibita.*
13 *An productio præiudicet in verbis enunciatiuis?*
14 *Quid si per errorem producatur falsum instrumentum?*
15 *Fallit si productio sit nulla.*
16 *Quid si instrumentum habeat plura, & separata capitula? & producens vult vti vno tantum.*
17 *Quid si pars talem productionem impugnasset?*
18 *Quid si producta sint in parte tantum, & partibus pro producente facientibus? & non alias?*
19 *Quid si instrumentum productum reprobetur? An corruat confessio ex productione insurgens?*
20 *Quid si pars citata ad dicendum contra iura producta dixerit generalia contra, an videatur impugnasse productionem?*
21 *Ea generalis oppositio est vtilis in practica.*
22 *Taliter excipiens potest quandocunque voluerit exceptiones sibi visas proponere.*
23 *Talis generalis exceptio præsumat ius opponendi in specie.*
24 *Obiectio contra prædicta, & num. seq.*

27 Sic

27 *Sic generaliter excipiens non impugat; sed præseruat ius impugnandi.*
28 *Cautela ad euacuandam illam generalem exceptionem.*
29 *Tacita confessio resultans ex productione operatur tantum in eo iudicio, in quo facta est.*
30 *Idem dicitur de ficta confessione.*
31 *Limitatio regulæ, quod tantum operatur ficta, quantum vera confessio.*
32 *Non respondens positionibus licet habeatur pro confesso in ciuilibus, secus est in criminalibus.*
33 *Ficta confessio nocet non tantum confitenti, sed etiam vniuersali successori.*
34 *Quid si ficta confessio insurgat ex morte, vt puta rei, qui ex conscientia delicti se ipsum occidit?*
25 *Ficta confessio resultans ex contumacia principalis non nocet fideiussori, & regulariter alteri non obest.*
36 *Ficta filij confessio ex contumacia non præiudicat patri, quid de contumacia procuratoris?*
37 *Contra fictam huiusmodi confessionem admittitur probatio in contrarium.*
38 *Ficta hæc confessio non est vera, sed præsumptiua probatio.*
39 *Statutum vt bannitus occidi possit impune, non habet locum in bannito in contumaciam.*
40 *Statutum loquens de confessione intelligitur de vera, ideo volens contumacem haberi pro confesso, non procedit in minore.*
41 *A sententia lata in contumaciam, an liceat appellare?*
42 *Tacita confessio resultat ex receptione literarum.*
43 *Cautela ad extorquendam confessionem.*
44 *Declaratio l. filiusfamilias. ff. ad Macedonia.*
45 *Recipiens literas approbat non tantum quæ principaliter in eis continentur, sed etiam in enunciatis.*
46 *Quid si scribens literas decedat ante illarum consignationem.*
47 *Literæ repertæ in domo, in quibus narratur delictum factum de mandato ipsius literas recipientis, an sufficiat ad eius condemnationem?*
48 *Si vxor præsente viro emat fundum, asserens de proprijs emere pecunijs, an id noceat viro, vel hæredi?*
49 *Confessio resultans ex receptione literarum procedit in his, quæ de voluntate recipientis facta asseruntur.*
50 *Recipiens censetur acceptare actum, non autem quod gestus sit, vt asseritur.*
51 *Cessat approbatio in scriptura continente data, & acceptata.*
52 *Officialis fugiens à sydicatu habetur pro confesso.*
53 *Carceratus aufugiens an sit habendus pro confesso, & num seq.*

De Viribus tacitæ, vel fictæ Confeßionis,

Caput Sextum.

1 TACITI & expressi eandem esse virtutem, nihil est vulgarius, l. cum quid. ff. si cer. peta. Proinde veluti expressa confessio confitenti præiudicat, vt in primo capite supra est deductum, ita & tacita, quod tamen recipit quamplures declarationes, de quibus infra.

2 Notandum est autem in primis tacitam confessionem resultare ex productione iurium in actis; Fateri si quidem videtur omnia quæ in productis iuribus continentur esse vera,
3 tacitaque huiusmodi confessio contra producentem plenè probat. ad Rot. decis. 2. de fide instru. in nou. bene declarat Aym. in cons. 201. num. 5. de communi Parisi. cons. 125. num. 20. lib. 1. & in cons. 79. num. 3. lib. 3. & benè Ias. in l. 1. §. editiones, num. 12. & seq. ff. de eden. Bertran. in cons. 282. num. 2. lib. 1. in antiq. Ferret. cons. 80. num. 16. Angel. in cons. 132. nu. 3. vers. secundo quia Iacobin. in d. §. editiones, num. 19. Afflict. decis. 15. num. 6. & decis. 25. num. 5. cum latè congestis per Granuti. in Theorema. 20. in princ. & Felin. in cap. cum venerabilis, num. 22. de exceptio.

4 Ampliaturque huiusmodi conclusio vt procedat, etiam si productio (vt fieri solet) facta fuerit in parte, & partibus fauora-

fauorabilibus tantum, quando pars, aduersus quam sunt producta, illa repetat, declaretque vti velle. Aym. cons. 201. num. 5. vers. & sine dubio Ias. in d. §. editiones, nu. 18. Parisi. viden. in cons. 125. num. 22. & sequen. lib. 1. Natta cons. 365. num. 4. lib. 2. Viui. opinio 304. Ripa. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 79. vers. ad effugiendum omnem de constitutio Deci. in l. fina, num. 25. vers. contrarium tamen, & num. seq. C. de eden. & in cap. cum venerabilis, num. 22. in fin. vers. & ista concordia de exceptio. vbi omnino, vide Felin. num. 23. vers. limita secundo, & vers. sequen quia declarat.

Alias ampliationes habes per Granut. in d. theoremata 20. num. 1. & seq. & vide eundem ibid. num. 24.

5 Et procedit huiusmodi conclusio, vt probent hæc iura producta non tantum ad fauorem eius, contra quem producantur, sed etiam ad fauorem tertij absentis, vt post Aym. quem refert, asserit Granut. vbi sup. nu. 13. An autem hæc confessio reuocari possit, vide supra in capit. 4. num. 39.

Patitur autem huiusmodi conclusio plures, & quidem in practica notandas limitationes.

Primum quidem conclusio procedit cum scriptura producta solemnis est, & valida, ac in forma probanti. Secus est vbi sit informis, & nulla; quia tunc non præiudicat. Afflict. decis. 25. num. 6. Alex. cons. 108. num. 5. lib. 5. Cephal. cons. 236. num. 19. lib. 2. Gramm. decis. 105. num. 84. & seq. Bellame. decis. 395. Rimi. Iun. in cons. 213. num. 12. & 13. qui videatur, lib. 2. vide aliqua pro, & contra per Granuti. in Theorema. 20. num. 14. & 18. Caputaquen. decis. 199. par. 1. diuerso. decis. 159. num. 1. par. 2. Purpurat. in l. 2. num. 139. vers. & faciunt quæ de confessione. C. de eden. Grauat. ad vestri. lib. 6. cap. 1. num. 19. vers. verum licet, & vide Viui. in opinio. 384. Deci. in cap. cum venerabilis, num. 26. & sequen. de except. & Decian. in cons. 20. num. 9. lib. 2. vbi firmat nullitate non obstante facere probationem: Quod magis applaudit; Cum enim pars aduersa producens, illa vti inten-

dat contra aduersarium æquitas, vt & aduersario vti liceat contra producentem.

7 Secũdo limitatur si productio facta sit coram Iudice incompetente, & in iudicio inualido, vt benè declarat Alex. viden. in conf. 30. num. 1. iunctis dubos sequentibus, lib. 7. Areti. in cap. At si clerici, num. 6. de Iudici. quia tunc non præiudicat.

Pro quo facit, quia si expressa confessio facta coram incompetenti Iudice veluti cæteræ probationes coram illo factæ nihil releuant, vt placuit Areti. in cap. At si clerici, num. 6. de iudici. & Alex. qui alios inducit in d. conf. 30. num, 2. Boss. in pract. crimi. in tit de confess. nu. 47. Ruin. in cons. 52. num. 6. lib. 1. Marsil. in cons. 46. num. 19. vers. Illud est verum, & in vers. præterea respondeo multo magis præiudicare non debet tacita confessio, ne maioris sit ponderis, quam expressa.

8 Valde obstant proximè dictis ea, quæ deducta sunt sup. in 3. cap. in primo art. num. 16. vers. quid vbi confessio, & in versiculis subsequentibus, vbi nonnulla deducũtur prænotatis conformia, ibi vide, & ibid. num. 12. & seq. in vers. quid de confessione?

9 Et facit quod hæc tacita confessio ex productione resultãs nõ est de per se principaliter facta, sed incidenter insurgens ex productione, & tunc tantum confessio facta in iudicio nullo præiudicare valet confitenti, cum de per se, & principaliter facta est ex doctrina Bar. in l. si confessus, nu. 3. vers. Sed si confitetur de custo. re. Barbat. in cons. secundo nu. 11. lib. 1. & cons. 2. nu. 32. lib. 2. Abb. in cap. 2. nu. 26. vers. habes ergo, de ordi. cognit. Felin. viden. in cap. qualiter, quod est cap. 24. §. licet autem nu. 8. de accusat.

10 Quid si iura producta sint ad alium finem? An tacita illa confessio inde resultans præiudicet producẽti, si pars aduersa illis vti velit, ad alium diuersum effectum? Et cum producens illa in omnibus approbare censeatur illi præiudicium facit, quoniam cogitare debuit antequam produceret, quod pars contraria vti posset, vt inquit Parisi. in cons. 125. num. 21. lib. 1. & pulchrè Milis in suo reperto. super

verb.

ver. error. tacitæ confessionis. & vide Granut. in Theoremat. 20. num. 16.

11 Tertio limitatur, cum iura producuntur animo impugnandi: quoniam tunc non scaturit aliqua approbatio; ad Grauet, viden. in conf. 175. num. 1.

12 Quarta limitatio sumitur ex eodem Crauetta ibid. num. 6. vbi simus in materia prohibita, in qua prout nec expressa, ita nec tacita confessio operatur, habes exemplum in confessione donationis à marito facta, ibi vide.

13 Quinto fallit in verbis enunciatiuis: quia licet producens approbare censeatur contenta in instrumento producto, id procedit in verbis dispositiuis, ad Deci. qui declarat in cap. cum venerabilis, num. 22. vers. prædicta conclusio, de exceptioni. vbi ad contraria respondet, vt procedant cum verba enunciatiua sunt necessaria ad illud de quo agitur, vel saltem, vt inquit Natta in consil. 333. num. 2. lib. 2. illud concernunt. Plura habes pro, & contra per Granut. in Theorema. 20. num. 17. Grauat. ad Vestri. lib. 6. cap. 1. num. 19. vers. quod tamen sanè. Cephal. cons. 236. num. 18. lib. 2. Felin. in cap. cum venerabilis, nu. 23. de exceptio.

14 Sexto limita si per errorem producatur instrumentum falsum. Deci. in cap. cum venerabilis, num. 23. de exceptio cum alijs, de quibus Granuti. in d. Theorema. 20. num. 21. si vero scienter præiudicat. Deci. ibid. nu. 28. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 27. de except.

15 Septima datur limitatio per Alex. in cons. 30. nu. 4. & 5. lib. 7. vbi productio foret inualida, sequitur Granut. vbi supra, num. 22.

16 Octauo limitatur, quando instrumentum productum habet plura capitula: quoniam producens quoad vnum, illud tantum non cætera approbasse censetur. Curt. Iun. in cons. 166. num. 11. Bellon. cons. 46. num. 11. cum alijs, de quibus Granut. in d. Theorema. 20. num. 25. Aduerte ad prænotata, num. 4.

17 Nono fallit quando pars aduersa talem productionem impugnasset. Boer. decis. 252. num. 4. vers. limita regulam.

lam, Granut. qui & alios citat in dicta Theorema. 10. num. 23.

18 Quid si producta sunt iura in parte, & partibus pro se facientibus, & non alias, nec alio modo? An tunc intret tacita confessio in alijs partibus non productis? plura cumulat pro, & contra Granut. ibid. num. 24. Die vt retulimus supra in hoc met capit. 6. circa principium in vers. ampliaturque, num. 4. Pedem, decis. 39. num. 7. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 23. de except. vers. secundo limita, & vers. seq.

19 Decimo limita cum instrumentum productum reprobatur: quoniam corruit confessio insurgens ex productione. Felin. in d. cap. cum venerabilis, num. 24. Intellige, nisi reprobetur, vt minus solemne, non quia falsum, Felin. num. 26. ibid.

20. Hic oportunè quæritur, quid si pars citata ad dicen. contra iura producta, dixerit tantum (vt fieri solet) generalia contra. An censeatur impugnasse productionem? Et minimè constans id reperitur decisum. Nostrique maiores in id variarunt. Si quidem Aretin. in l. Titiæ textores, nu. 2. vers. & ideo exceptio de lega. primo notat, quod Bal. illum tex. inducit contra practicam Aduocatorum, proponentium aliquas exceptiones in specie, & subijcientium clausulam generalem, & omnes alias exceptiones sibi quomodolibet competentes. Et cum ista sit oppositio generalis, & incerta, habetur pro non facta, vnde infert si post lapsum terminum opponens velit declarare de quibus exceptionibus intellexit, non auditur. Subdit tamen quod
21 hæc generalitas est vtilis in eo, quod taliter opponens non videtur se restrinxisse ad exceptiones specificatas, & intra terminum alias opponere valebit. Additque exceptionem procedere posse si pars nil replicauerit: at vbi pars opposuerit, tunc generalis hæc exceptio non erit admittenda. Deci. in cap. pastoralis, num. 12. uers. in eadem glo. ibi de exceptio. Corne. in cons. 55. col. antepenul. uers. non obstat quod dicitur, lib. 3. Parisi. cons. 67. num. 2. lib. 4. Iaffred. decis. 63.

22 Per

22 Per hanc enim generalem exceptionem opposita censentur quęcunque exceptiones opponenti competentes, vt habetur in decis. R.P.D. mei Seraph. 186. quæ incipit: Causa fuit: lib. 1. in manuscriptis.

Concordatque decis. 214. quæ incipit: Die 9. Iunij in
23 lib. diuerso. in manuscriptis, vbi dicitur fuisse resolutũ, quod excipiens generalia contra potest quocunq; tempore opponere exceptionem sibi visam, & ita pluries in pluribus causis fuisse decisum.

24 Præseruat enim sibi taliter excipiens ius, & facultatem opponendi, & specificandi quocunq; tempore, vt in ea decisione dicitur, arridetque decis. Caputaq. 323. par. 1. in impress. vbi dicitur, licet excipiens generalia contra non opponat in specie potest tamen ex diuersis causis opponere, & quod obstat producenti res iudicata, vel quod iura nõ sunt in forma probanti, vel non sunt releuãtia: sufficit enim opposuisse generalia contra, & concordat decisio eiusdem 34. quæ incipit. Renunciare, lib. 2. in manuscriptis, vbi habetur, quod renunciare rei iudiatæ non videtur, qui opponit generalia contra iura producta, quoniam in tali exceptione, includitur etiam oppositio rei iudicatæ.

25 Sed audi benigne lector dolendam dissonantiam si quidem idem Caputaquen. in decis. 288. quæ incipit, quando pars lib. 1. in manuscriptis, asserit quod huiusmodi exceptio respicit tantum instrumenta producta, non autem illorum productionem, & admissionem, aut rem iudicatam, & sic excipiens videtur dicere instrumenta non bona, & concludit ad effectum vt censeatur renunciasse rei iudicatæ, vt debeat appellare ab vlteriori processu, & concordat cum alia decis. 278. par. secunda in impress. vbi idem firmatur.

26 Alluditque Peregri. in decis. 114. quæ incipit. Fuit resolutum, lib. 1. in manuscriptis. inquiens fuisse resolutum, quod excipiens generalia contra, si patitur in causa ad vlteriora procedi, sibi parat præiudicium; quoad rem iudicatam.

27 Et

27 Et mihi applaudit opinio Hieronymi Gabri. in conf.48. n.25.lib. 1. quod taliter excipiens non impugnat, sed sibi præseruat ius inpugnandi, si quid impugnare libuerit. Non nulla cumulat Granut. in Theorema. 20. num. 23. vbi videre poteris.

28 Ad tollendas autem omnes amaritudines, cautus sit is, aduersus quem fit huiusmdi exceptio, vt protestetur dum iura producit, quod si pars aliquid excipere velit, vt in specie deducat: & sic euacuabitur virtus illius generalis oppositionis vt notat Petrus in pract. Capitolina, lib. 2. cap. 8. num. 13. de iuri. productio in prima impress. Ruin. in cons. 119. num. 15. lib. 5. cum alijs de quibus sup. num. 20. vers. hinc oportunè.

29 Notabis autem quod tacita hæc confessio resultans ex productione iurium operatur tantum in eo iudicio, in quo facta est, & secus in alio. Achil. decis. 2. num. 1. & 2. de confess. Granut. Theorema. 20. num. 26. Rimin. Iuni. cons. 213. num. 20. lib. 2. Cephal. cons. 377. num. 86. lib. 3. Mascar. conclus. 348. num. 30. Bero. cons. 192. num. 29. lib. 3.

30 Idemque dicas de ficta confessione, quæ & ipsa, in alio iudicio, quàm in eo, in quo facta est, non probat, ad Deci. in l. 2. num. 64. vbi Purpurat. num. 135. vers. secundo limitetis. C. de eden. Ruin. in cons 19. num. 8. lib. 5. Cephal. cons. 33. nu. 81. lib. 3. Bero cons. 192. num. 19. lib. 3. Corne. cons. 97. col. 2. vers. Quinimo ficta; lib. 4. Mascar. in conclus. 348. num. 32.

31 Et in hac limitatur ea conclusio. Bal. relata per Menoc. lib. 1. præsumpt. in quæst. 61. num. 10. quod tantum operatur ficta confessio à lege recepta, quantum vera, quoniam vera confessio probat etiam in alio iudicio, vt deductum est sup. in cap. 1. num. 55. vers. oppositum notat.

32 Est etiam notandum, quod licet non respondens positionibus habeatur pro confesso in causa ciuili, id non procedit in criminali. Felin. in c. qualiter. 24. §. ad corrigendos, nu. 48. de accusatio.

33 Fictaque hæc confessio nocet in eo iudicio non tantum confi-

confitenti, ſed etiam vniuerſali ſucceſſori, & quod plus eſt etiam ſingulari. Purpurat. ibid. nnm. 136. verſ. & ita reſtringo.

34 Quid autem ſi ficta huiuſmodi confeſſio inſurgat ex morte? Vt puta reus ex conſcientia delicti ſe ipſum occidit; Et tunc etiam in alio probare iudicio docet ex pluribus Maſcar. in d. concluſio. 348. num. 33. & taliter probat, vt etiam Hæredes afficiat. Maſcar. ibid. num. 34. & ſeq. vide Purpura. in d. l. ſecunda, num. 257. C. de eden. At ſi non ex morte. Sed ex alio confeſſio reſultet, aliter eſt dicendum. Addit ad Bar. in l. eius qui ſuper. ver. non nocet. ff. de iure fiſci.

35 Et ficta confeſſio ex Rei contumacia reſultans, eius fideiuſſorem non afficit, vt ex ea condemnari poſſet. Bero. conſ. 197. num. 2. & 3. lib. 3. vide in conſ. 28. lib. 2. conſil. criminal. & Socin. in conſ. 57. num. 10. lib. 3. Corne. in conſ. 211. col. 3. verſ. iuuatur inſuper lib. 3. Clar. in pract. crim. quæſtio. 86. verſ. ſed quæro nun quid. Rol conſ. 94. num. 24. lib. 3. Regulariter enim ficta confeſſio non præiudicat alteri, quam illi, in cuius odium habetur pro confeſſo. Mari. Anguiſſo. in conſ. 110. num. 12.

36 Et ſimiliter vbi filius eſt contumax ficta confeſſio ſcaturiens ob eius contumaciam patri non affert præiudicium. Bar in d. l. eius qui. num. 1. de iure fiſci. Deci. in d. l. 2. nu. 47. C. de eden. Boſſ. in pract. in tit. de bono. publicat. nu. 56. Corne. in conſ. 97. col. 2. verſ. quia ficta, lib. 4. quid de ficta confeſſione, quæ reſultat ex contumacia Procuratoris? Vide infra in cap. 9. in 5. artic. num. 19.

37 Et contra fictam huiuſmodi confeſſionem probatio admittitur in contrarium, de communi Corne. in conſ. 45. col. antepen. verſ. & conſtat quod veritas, lib. 3. latè ad materiam. Imol. in l. creditor. §. iuſſus, num. 6. verſ. & pro illa opinione, & per totum, de appellat.

38 Si quidem ficta huiuſmodi confeſſio non eſt vera, ſed præſumptiua probatio, vt inquit Marſil. in conſil. 10. in 1. par. num. 11. Burſat. in conſ. 138. num. 55. lib. 2. Rolan. conſ. 54. num. 4. lib. 3. Magon. deciſ. Lucen. 25. num. 25.

39 Hinc infertur quod stante statuto vt Bannitus impunè possit offendi, illud procedat in Bannito legitimè condemnato, locumque non habeat si bannitus fuerit in contumaciam. Marsil. in d. cons. 10. nu. 12. Rolan. d. cons. 94. nu. 27. lib. 3. Felin. in cap. At si clerici, num. 3. vers. Nota secundo de iudici. vbi tradit pro regula, quod lex, vel statu-
40 tum loquens de confessione intelligitur de vera, non autem ficta, vbi dat limitationes, quas ibi videre poteris, & notabis quod si statutũ disponit, vt cõtumax habetur pro cõfesso, id nõ procedit in minore, q̃a req̃ritur, vt cõtumax sit in dolo vero, nec sufficit præsumptus. Rol. cons. 68. n. 31. li. 2.
41 Et à tali sentẽtia lata in cõtumaciã licet appellare. Ant. Aug. decis. 3. lib. 1. contrariũ inquit Rolan. cons. 38. n. 15. lib. 2. Maran in pract. in 2. actu 3. par. 6. par. princ. nu. 14.
42 Resultat etiam tacita confessio ex epistolę, vel literarum ad te transmissarum receptione: Si quidem si illas simpliciter receperis, nil in contrarium protestando, præsumitur, vt fatearis esse vera, quæ in illis continentur, vt per Mathesil. in suo notabili. 22. cum latè cumulatis pre Menoc. de præsumptio. lib. 3. in præsumpt. 65. num. 1. & seq. vbi materiam exornat, cum alijs de quibus infra. Vnde insurgit mirabilis cautela, aduersus eos, qui aliquid inficiantur. Scribendæ sunt enim illis literæ, vel apoca transmittenda, in quibus facti veritas exponatur, rogandique sunt vt receptas res, aut pecunias amicabiliter, vt decet restituere velint: Nam si eis lectis statim non contradicant, erunt conuicti: quoniam fateri censentur esse vera, quæ in illis continentur. Hæcque cautela ter mihi magnum fecit honorem, & meis clientibus vtilitatem. Et quod mirandum est semel contra magnum Prælatum V.S. Referendarium, cuius nomen honoris causa taceo, qui ob subsequutam inter eum, & quendam Clientem meum illius familiarem amicũ, non modicam indignationem, certa bona iratus ei denegabat, qui aliter probare nequibat, nec confidebat, vt facto partito decisiuo, vt ea medio iuramento fateretur tanta ad me indignatio perseuerabat, proinde consului, vt ei transmitteret apocam, qua humiliter, & mirum in modum deprecabatur

cabatur

cabatur vt ea bona penes se existētia restituere vellet, quæ in indiuiduo describebantur, nolletq; propriā animā grauare ob iracundia minus iusta de causa subsequutam, duplicemque cedulam fieri mandaui. Alteram ab ipso creditore propria manu scriptam, & alteram manu vnius testis, & ab altero etiam teste subscriptam, & collationatam: Et quod originalis scripta manu creditoris præsentibus eisdē testibus clauderetur, & sigillo eiusdem ad maiorem cautelam muniretur, & consignata fuit eisdem testibus, qui illam paulò postea præsentarunt eidem Prælato, qui illa lecta subrisit, & dixit quod responderet, lapsis nonnullis diebus, nulloque dato responso fuit contra eum processum coram A. C. cumque negasset monitorium; dati fuerunt articuli continentes tenorem, & præsentationem dictæ cedulæ, cuius copia penes testes remanserat, & d. Locumtenens visis testiū depositionibus, & copiæ apocæ per testes exhibita, dixit illi Prælato vt partem concordaret, aliàs contra ipsum mandatum exequutiuum decerneret, & hac via cliens noster suum recuperauit.

Sumitur huiusmodi cautela relata per Mathesila. in d. notabili 22. ex l. filius familias, la secunda quæ est lex. 18. ff. ad sen. consf. Macedonia. Parisi. consf. 91. num. 1. & seq. lib. 1. Ias. in l. admonendi, num. 142. de iureiu. Roman. in consf. 295. num. 5. Alex. consf. 147. num. 12. lib. 2. Bursat. consf. 39. num. 8. 14. & seq. lib. 1. Menoc. præsumpt. lib. 1. quæst. 15. num. 20. & latius lib. 3. præsumpt. 65. Gabrieli. concluf. 2. de præsumptio.

44 Dicitur in eo textu præallegatæ l. filius familias, quod si recipiens literas non approbat in eis contenta quod debet continuo protestari de dissensu. Quæro, quid si non statim, nec ea die receptionis, sed in sequenti declaret, & protestetur se non approbare contenta in illis literis, imò expresse impugnare, & contradicere, An sufficiat? Disputat Ancaran. in quæst. 48. num. 1. 2. & seq. & pro affirmatiua concludit, ibi videas, & notata per Menoc. lib. 3. præsumptio. 65. num. 14. vbi inquit non sufficere, vt perfunctoriè literas legerit, sed tantum temporis esse tribuen-

dum, vt illas considerare potuerit.

45 Habetq; locum prædicta approbatio non tantum in his, quæ principaliter, & dispositiuè in literis continentur, sed etiam in his, quæ propter aliud enunciantur. Menoc. præsumpt. 65. num. 9. lib. 3.

46 Quid iuris si scribens literas decedat antequam recipiatur ab eo, cui diriguntur? An tali casu recipiens post obitum scribentis protestari teneatur? & pro negatiua, vide deducta per eundem Ancara. ibid. num. 8. & seq. vbi ratio assignatur, & Gabriel. d. conclus. 2. nu. 16. de præsumpt. Menoc. d. præsumpt. 65. num. 17.

47 In his terminis insurgit alia dubitatio, repertæ, si quidẽ sunt literæ missiuæ in domo Meuij, quibus Caius assassinus ei significabat, se iuxta eius mandatum occidisse Titium: Proinde requirebat vt ei satisfaceret pecuniã hac de causa promissam. Quæritur an retentione harum literarum penes se oriatur talis confessio, vt cõdemnari possit? Declaratum est supra in cap. 3. art. 2. num. 38. & seq. vers. an autem per literas.

48 Quæritur etiam de alia pulchra quæstione. Vxor præsente viro fundum emit, asserens de illius consensu emere de proprijs suis pecunijs. An post obitum hic fundus spectet ad virum, vel ad vxoris hæredes? stante præsumptione, l. Quintus Mutius, ff. de donatio. int. vi. & vxor. vt omnia ab vxore constante matrimonio quæsita præsumantur acquisita de bonis viri. Et quia vir fuit præsens, & consensit fatendo saltim tacitè; quod pecuniæ spectabant ad vxorem, talis confessio sibi præiudicat, ita ex sententia Salice. & aliorum concludit Ancara. in quæst. 24. par. 2. vbi nu. 5. de communi attestatur, syl. nuptia. in conclus. est nubendum, num. 22. vers. Tertio limita.

49 Declara modo supradictam præsumptionẽ, vt recipiens præsumatur fateri vera esse contenta in scriptura recepta, si ea sua voluntate facta asserantur; & secus in his quæ potius eo inuito facta fuerint, puta scripsisti te alias mutuo recepisse à me centum, & hæc fuisse de mandato Iudicis sequestrata mea de causa, Tunc enim non infertur, vt ex re-

ceptione acceptauerim sequestrum; cum illud me inuito factum fuerit; vide Menoc. libro tertio in præsumpt. 65. num. 10.

50 Secunda, pulchraq; est declaratio, de qua Menoc. ibid. num. 12. vt scilicet recipiens præsumatur actum ipsum acceptasse, non autem fateri quod re vera ita gestus fuerit: ponit exemplum: Titij Procurator scribit illi se eius nomine centum à Caio mutui nomine recepisse: Censetur enim recipiens fateri, si tamen re vera probatur pecunias fuisse numeratas. Gabrieli. in conclus. 2. nu. 9. de præsumptio.

51 Limitabis etiam vt regula non procedat in scriptura cõtinente aliquod computum dati, & accepti: quia tunc non intrat præallegata approbatio. Menoc. ibid. num. 15. Gabrieli. in d. conclus. 2. num. 13. vide tamen decis. Peregri. 269. quæ incipit in causa Cæsaraugustana, lib. 2. vbi dicitur id non transire sine difficultate.

52 Oritur etiam ficta confessio ex fuga officialis à syndicatu: quoniam pro confesso habetur. Ias. post Bar. in l. admonendi. num. 177. ff. de iureiu. Clar. in pract. crim. quæst. 21. vers. præterea etiam. Vide in materia. Viui. in opinio. 343. num. 32.

53 Quid dicendum de his qui aufugiunt à carcere? An delictum fateri videantur, pro quo carcerati retinebantur? & venit distinguendum, nam aut fugiunt effracto carcere, & res est clara, quod pro confessis habentur, veniuntque capite puniendi, per textum apertum in l. 1. ff. de effractori. & expilato. vbi statuitur pari pœna plectendos carcerum effractores, & eos, qui coniurati simul aufugerunt. Consonat l. in eos ff. de custo, reo. & l. Milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milita. Clar. in pract. crim. quæstio. 21. vers. tertiò autem Ias. in l. admonendi, nu. 172. de iureiu, Rolan. in cons. 7. num. 8. & 46. lib. 1.

Aut fugerunt quia custodis negligentia carcer erat apertus, & tunc dicitur in eadem l. 1. tales mitius puniendos. cessareq; illius legis pœnam, notauit Ias. vbi sup. num. 173.

54 Intellige, & declara, prout faciunt Rolan. in d. cons. 7. num. 47. Clar. in d. quæst. 21. vers. tertio modo. Duenn.

in reg.

in reg. 393. in. 4. limitat. vt procedat prima conclusio si carceratus iustè detinebatur: & secus esse si nulliter, & inique carceratus fuisset, quoniam tunc eius legis pœna cessaret.

Vide ad materiam Viui. opini. 343. vbi plura congerit, Guid. PP. in singul. 336. Paris de Syndicatu super verb. contumacia, cap 1. num. 7. latè Duenn. in reg. 392. & 393. Clar. in d. quæstio. 21. versic. tertio autem modo, in vers. scias etiam.

55. Subscribens etiam fateri censetur, & approbare quæcumque in subscripta scriptura continentur, ad Felin in c. quoniam contra, num. 43. vers. Habes ergo doctrinam, de probationi. Angel. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus, nu. 1. in fine de verb. obligat. Gabrieli. conclus. 3. in princ. de præsumpt. Parisi. cons. 94. num. 5. lib. 1.

56 Intellige vt procedat si subscribens legit, vel audiuit cõtenta in scriptura, quam subscripsit. Alias subscriptio nullum facit præiudicium. Felin. ibid. num. 48. vers. limita. 5. Angel. in d. §. Grisogonus, num. 2. vbi Ias. num. 14. Gramm. in consil. crim. 47. num. 13. Gabriel. d. conclus. 3. num. 28.

Et subscribens, qui ignorantiam allegat, eam probare tenetur. Felin. ibid. num. 48. vers. sed dicit quod onus. Gabriel. d. conclus. 3. num. 29. & seq.

57 Imò sibi præiudicat etiam nõ lecta scriptura, nec eius tenore audito, nisi doceat de dolo, errore, vel deceptione, vt tenuit Rota in decis. 409 quæ incipit: Licet habens facultatem: in decis. Caputaq. lib. 1. in manuscriptis: quibus cũ omnes non habeant, ad lectoris gratiam inserere libuit, tenoris sequentis.

Tenor Decisionis Caputaquen.

58 LIcet habens facultatem transferendi pensionem consenserit translationi pẽsionis iuxta formam memorialis, per ipsum non lecti, sed scripti per alium de eius mandato non constat; tamen bonam fuisse translationem concluserunt omnes Domini: quia valet legatum factum, prout

prout in cedula. Bar. in l.si ita. ff.de condit. & demonstrat.
59 Et quia etiam subscribens se scripturæ per alium factæ videtur sibi præiudicare, l. sicut. §. non videtur ff. quib. mod.pig.vel Hypote.cap.si quis presbyterorum,cũ ibi notatis. de reb. Eccle. non alienan: & notatur in l. si ita. §. Grisogonus de verb. oblig. Etiam si constaret subscribentem non legisse, vt in dictis iuribus,& probatur à contrario sensu, l. final. C. plus vale quod agi, & in l. 2. C. de reb. alie. non alienan. Nam ad hoc vt sibi non præiudicet subscribens scripturæ per ipsum non lectæ, vltra id, quod non legerit, requiritur etiam fraus, deceptio, vel error, vt per Bar. in l. 1. §. si quis neget in pen.col.ad fi. ff. quemadmo. testa. aperian. Alex. cons. 187. col. 2. lib. 2. & in his terminis procedunt notata per Ias. in d. §. Grisogonus, vt per Castren. in cons.350. Hactenus Rota.

Ratio decisionis non displicet, sed allegationes fortasse vitio scribentis erratæ non probant id, ad quod allegantur.

61 Quid si aliquis albam cartam suo sigillo firmatã, in qua nil est adnotatum, alteri tradat, an ea, quæ postea in illo folio scribentur, scripta dicantur de eius voluntate, & fateri videntur ibi contenta esse vera, sibique præiudicent. Datur exẽplum Ciuitatis alicui Principi se submittentis, quæ transmittit folium album suo sigillo, & Notarij fide munitum, vt in eo apponat Princeps,quæcumque libuerit. Et pro validitate sentit. Bal. post Innocen.in cap. scripta,num. 18, de fide instru. Felin. ibid. num. 37. vers. secus est quando datur, Boer. in decis. 274.num. 5. vide Ias. in d. §. Grisogonus, num. 12. & 13. tenentem, vt subscriptio non noceat, nisi præmonitus fuerit de tenore.

62 Quid in constituente Procuratorem,cuius nomen in instrumento mandati non est scriptum, sed relictum in albis, vt scribi possit? vt multa similia transmitti solent è remotis regionibus ad Vrbem,vt infrascripti Doctores attestantur, & pro validitate concludit post alios Boer. qui latissimè de hoc agit in decis. 274.quẽ videas alios congerentẽ,

&etiam

& etiam Galleſi. de praxi atteſtantem in ſuo tracta. de Came. obligat. in ſecunda par. tracta. & 5. formu. quæſt. 1. num. 7.

63 Nec tacenda eſt Aſinina ea quæſtio, quæ in hac conſtituendi Procuratoris materia ptoponitur, qua nonnulli inconſuetum caſum proponentes, dubitare voluerunt, an valeat ea conſtitutio Procuratoris, in qua Petrus aſſerit ſe conſtituere Seium Aſinum ſuum ad agēdum in tali cauſa: & pro affirmatiua tenuerunt grauiſſimi Patres, Hoſtien. in cap. petitio col. 1. verſ. ex quo enim conſtat, vbi Io. Andre. col. fin. verſ. imo plus ſi dicat de Procurato. Alex. in conſ. 28. num. 2. lib. 6. Boer. d. deciſ. 274. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio eſt Regina probationum.*
2 *Vbi de veritate conſtet in oppoſitum, confeſſio nil operatur.*
3 *Etiam ſi fuerit geminata.*
4 *Facta à teſte in examine ſibi non præiudicat, vt principaliter in alio iudicio.*
5 *Facta à Procuratore an ſibi noceat vt principali in alio iudicio?*
6 *Non ſtatur confeſſioni partis, vbi iuris præſumptio eſt in contrarium.*
7 *Nec attenditur ſi facta eſt incidenter.*
8 *Nec quando facta eſt in his, quæ à noſtra poteſtate non dependent.*
9 *Nec cum facta eſt à reo ſub fiducia promiſſæ impunitatis.*
10 *Neque ſi facta eſt in tortura non præcedentibus indicijs.*
11 *Nec cum continet impoſſibile.*
12 *Quid ſi facta eſt coram vno ex pluribus Iudicibus?*
13 *Quid ſi facta coram Arbitro, Vel Arbitratore?*
14 *Quid ſi facta ſit in iudicio nullo?*
15 *Quid vbi ſit iurata? & num ſeq.*
18 *Quid ſi facta ſit in actis abſente Iudice?*
19 *Quid de facta coram iudice incompetente.*
20 *Quid ſi in vno iudicio quid fuit confeſſus, an in alio ad alium finem tendente negare valeam?*
21 *Pupilli confeſſio abſque tutoris auctoritate nulla eſt.*
22 *Si mulier minor fateatur etiam cum iuramento, quod matrimonium contraxit, nil probat.*
23 *Si minor confeſſus ſit delictum reſtituitur in integrum.*
24 *Confeſsio non præiudicat ſi contra eam eſt iudicatum.*
25 *Nec præiudicat facta calore iracundiæ.*

26 Nec

26 Nec quando est inuerisimilis.
27 Si facta est sine causa.
28 Si non fuit acceptata per partem.
29 Nec facta super his, quæ à iuris dispositione dependent.
30 Nec cum facta est tempore inhabili, & extra tempus.
31 Nec facta in sacra Pœnitentiaria.
32 Nec facta à persona prohibita, vel suspecta.
33 Nec quando est relatiua, si in relato nil continetur.
34 Quid si in relato contineatur, sed nulliter.
35 Quid si fiat in instrumento guarentigiato, sed in materia prohibita?
36 Quid in confessione Mariti, quod res empta fuerit de pecunia vxoris?
37 Vbi casus verus à lege requiritur, an sufficiat partis confessio?
38 Non præiudicat vbi confessio fundata est in assertione partis minus vera.
39 Nec vbi sit incerta.
40 Syndici, vel Procuratoris confessio voluntariè facta non præiudicat principali.
41 Quid in Confessione Prælati, & Tutoris, & similium?
42 Quid de facta in vltimis voluntatibus?
43 Quid de confessione illius, qui rem propriam fatetur alterius esse?
44 Quid in confessione facti alieni?
45 Facta in litteris non præiudicat, vbi decedat scribens ante eas præsentatas.
46 Furiosi confessio nulla.
47 Idem in non sponte facta.
48 Nec facta absente parte, quod declaratur num. seq.
50 Confessio receptæ pecuniæ non probat.
51 Patris confessio non præiudicat filio in legitima.
52 Debitoris confessio Creditoribus non nocet.
53 Dotis receptæ confessio quando probet?
54 Filiatio an parentum confessione probetur?
55 Fideicommissum an probetur confessione Hæredis?
56 Confessio partis in beneficialibus exigui valoris.
57 Prodigi confessio quid operetur in causis ciuilibus, & criminalibus.
58 Prodigalitas sola non sufficit, nisi adsit administrationis interdictio.
59 Prodigus notoriè an possit alienare ante interdictam administrationem?
60 An testari possit?

In quibus casibus, & qua de causa Confessio nullum faciat praeiudicium.

Caput Septimum.

1 CONFESSIO est Regina probationum, & nil inconuenientius, quam quid ore proprio fassus est, infringere velle, vt deductũ est supra in cap. 1. in princ. Et nihilominus multi sunt casus, in quibus propria confessio non attenditur, & inefficax reputatur, & vnum supra viginti enumerat Marsil. in singula. 319. Nec propterea labor hic noster legenti erit inutilis.

2 Primò, & principaliter id limitatur quandocumque veritas apparet in contrarium, & conuincitur erroneam esse confessionem. Aymi.n cons. 157. num. 8. & 9. Socin. Iun. in cons. 180. num. 85. lib. 2. Bellame. decis. 691. in 4. fallen. Cephal. cons. 377. in final. ver. lib. 3. vide notata sup. in cap. 1. num. 45. Parisi. cons. 89. num. 24. lib. 1.

3 Quæ limitatio procedit etiam si confessio fuerit geminata, & etiam iuramento vallata. Socin. Iun. d. cons. 180. num. 86. lib. 2.

4 Quid si Petrus testis inductus à Paulo fateatur aliquid in eius examine medio iuramento, an huiusmodi confessio sibi præiudicet in alio iudicio, vt principali? & pro negatiua habes Capit. in decis. 52. num. 4. Rota decis. 4. de confess. in anti. vide notata sup. in cap. 3. art. 1. num. 71.

5 Quid si Paulus vti Procurator Ambrosij fassus sit in iudicio rem ita se habere, an huiusmodi confessio præiudicet sibi vti principali in alia causa? vide Achil. decis. 1. de confess. & notata infra, num. 20. vers. pulchrum autem.

6 Nec statur curantis assertioni quando iuris præsumptio est contra confitentem, vt habes in decis. Putei 67. quæ incipit, Die 26. & 28. Nouembris, lib. 2. in manuscriptis; & faciunt notata supra in cap. 1. num. 60. Deci. in cons. 184. num. 11.

7 Nec

7 Nec attenditur confessio quando facta est incidenter, non autem principaliter. Marsil. in sing. 329. in princ. faciunt notata supra in cap. secundo, num. 82. vers. intellige etiam.

8 Nil etiam operatur cum facta est circa ea, quæ à nostra potestate non dependent. vide deducta supra in cap. 1. nu. 47. vers. quibus concinit.

9 Nec debet attēdi cum facta est à reo sub fiducia promissæ impunitatis. Marsil. in d. singul. 329. vers. alius est casus in confessione facta, de quo latè actum est supra in cap. 3. art. 3. num. 24. vers. nec silentio, & versiculis sequentibus.

10 Nec venit attendenda cum facta est in tortura legitimis non præcedentibus indicijs, vt declaratum est supra, cap. 3. artic. 4. num. 31.

11 Nec quando repugnat impossibilitas. Marsil. in d. singul. 329. vers. alius est casus, videlicet in confessione impossibili.

12 Quid si facta sit coram vno ex pluribus iudicibus? vide supra in cap. 3. articulo primo, num. 31. vers. quid si fiat coram vno.

13 Quid si coram Arbitro, vel Arbitratore? Habes ibidem num. 27. & sequenti, vers. factaque coram, & pluribus sequentibus.

14 Quod si facta sit in iudicio nullo, quid operetur, & quando non præiudicet, vide ibid. num. 18. vers. quid vbi confessio, in cap. 3. art. 1.

15 Si vera est, notabilis est sequens conclusio, quod confessio non præiudicat confitenti, vbi non sit iurata, vt asserit Ant. de Burr. in cons. 21. num. 2. vers. ad secundum, quem refert, & sequitur Marsil. in d. sing. 329. vers. item alius est casus.

16 Arbitror autem illum minus esse verum si ita generaliter intelligatur: sed fore restringendam vbi confessio fiat in vltima voluntate, vt declarauimus in nostro tracta. de Iura. par. 4. in effect. 211. ibi deducta videri poteris.

17 Nam confessio suas habet vires, etiam cessante iuramē-

to, vt liquet ex congestis sup. in cap. 1. in princ. nisi simus in casibus exceptis, de quibus in præsenti cap. septimo, vel in confessione extraiudiciali, absente parte facta, quæ nisi iureiurando vallata fuerit, non probat, vt habes sup. in cap. 2. num. 11. vers. limitabis primo.

18 Quid dicendum de confessione facta in actis absente Iudice? vide sup. in cap. 3. art. 1. num. 10.

19 Et ibid num. 12. & seq. habes de confessione facta coram Iudice incompetenti, cuius sit operationis.

20 Pulchrum autem dubium est, Angelus litigabat cum Eugenio super vnione Ecclesiæ S. Andreæ, quam aduersarius possidebat, & quam Angelus asserebat vti Rector Ecclesiæ S. Pauli à se possessæ, veluti vnitam ad se, & suam Ecclesiã spectare: Eugenius autem vti Rector illius Ecclesiæ, quæ vnita prætendebatur assertam vnionem denegauit: Processu temporis Angelus prouisus fuit de dicta Ecclesia S. Andreæ, tunc vacante, quam ipse prius contendebat vnitam Ecclesiæ S. Pauli: Fuit molestatus à Rectore illius Ecclesiæ, cui vnita prætendebatur, & ad doceñ. de vnione se fundabat in confessionibus ab ipso Angelo factis in prædicta lite contra Eugenium. Quæritur, an tales confessiones sibi præiudicent? Cum non sit amplius Rector illius Ecclesiæ; ad cuius fauorem litigabat, Rota resoluit pro negatiua, vt habes per Achil. in decis. 4. de confess. vide deducta supra, num. 4. vers. quid si Petrus, & in vers. seq.

21 Pupilli confessio absque Curatoris auctoritate nullius est roboris. Angel. in l. certum. §. in pupillo. in princ. de confess.

22 Proinde si mulier minor medio iuramẽto confessa fuerit se contraxisse matrimonium, non releuat, Pute. in decis. 1. de confess. in manuscriptis, quod declara, vt procedat in simplici confessione, & secus esse, vbi concurrerent adminicula. Achil. decis. 1. nu. 1. de confess.

Adulti autem aliqua est: sed aduersus illam datur restitutio. Angel. ibidem, vide Caldas in commen. l. si curatorem habens, super ver. vel Aduersarij dolo, num. 42. C. de integ. restitut. mino.

23. Si-

23 Similiter si minor delictum confessus fuerit, dabitur illi in integrum restitutio aduersus huiusmodi confessionem. Angel. ibid. num. 2. quod in practica obtinere perdifficile foret; quia minor in tortura confitens delictum absque consensu Curatoris puniri posset, vt habes per Clar. in pract. crim. quęst. 55. vers. vlterius potest reus, vbi quamplures citat in vtramq; sententiam, vide notata sup. in cap. 3. art. 5. in princ.

24 Minusque nocet confessio quando aduersus eam est iudicatum. Marsil. in d. singula. 329. vers. alius est casus in confessione, Caputaq. decis. 106. quæ incipit In Terdonensi, lib. 1. in manuscriptis, idem in decis. 197. par. 1. in impress. Felin. in cap. capitulum, num. 13. de rescript. cum alijs, de quibus supra in cap. 1. num. 57. vers. aduertas autem quod quando.

25 Neque præiudicat cum iracundiæ calore facta est. Marsil. in d. singul. 329. vers. alius est casus, videlicet.

26 Idem dicendum si confessio est inuerisimilis, Aym. in cons. 134. num. 38. & de antiq. tempo, §. quarto limitatur, num. 39. Rolan. cons. 49. num. 54. lib. 1.

27 Prout idem est quando confessio facta est sine causa, vt latè deductum est sup. in quinto cap.

28 Et idem iuris est si confessio non fuerit acceptata per partem, vt latè deductum est sup. in c. 1. nu. 39. vers. est autem necessaria, & in cap. 2. nu. 66. vers. acceptatio autem.

20 Nil etiam operatur facta super his, quæ iuris sunt, quoniam tunc nil dat, aut tollit, vt dictum est supra in cap. 1. num. 46.

30 Nec cum facta est extra terminum, & tempore inhabili. Marsil. in consil. 46. num. 20. & in d. singul. 329. vers. nam si reus.

31 Et confessio facta in sacra Pœnitentiaria super concubinatu, non probat ipsum concubinatum. Caputaq. decis. 387. quæ incipit. Confessio, lib. 1. in manuscriptis. Fundatur in doctrina Ias. in l. decem, num. 51. de ver. oblig. vbi ponit absolutionem ab excommunicatione, illam non probare, vide Rot. decis. 5. de except. in anti. Pedemon. decis. 138.

138. num. 16. vbi enim confessio facta est in foro pœnitentiali, nequit confessus ex ea puniri, deponi, nec officio priuari, vt puta facta Episcopo, vel Papæ, quoniam vterque eorum scit vt Deus, vt dicitur in cap. si Sacerdos de offi. ordina. & notat Anani. in cap. ex tuæ, col. 1. vers. nota ex confessione, de simoni.

32 Nec quicquam operatur cum facta est à persona prohibita, vel suspecta, ad Socin. in cons. 241. num. 15. lib. 2. Puteus decis. 55. quæ incipit in causa Romana, lib. 3. in manuscriptis, vide congesta supra in capit. primo, num. 33. & 60.

33 Et vbi quis confitetur, prout in tali instrumento continetur, si in relato instrumento nil continetur, confessio nil releuat, vt adnotatum est supra in cap. 1. num. 15.

34 Quid si confiteatur, prout in tali instrumento, & ibi extet confessio, sed instrumentum sit nullum? decisum est in eod. cap. 1. num. 16. vbi vide.

35 Et si facta fuerit confessio in instrumento guarentigiato, sed in materia prohibita, an probet? vide ibid. num. 38.

36 vbi etiam habes quid iuris in confessione Mariti, quod res empta fuerit ex pecunia vxoris.

37 Et vbi à lege casus verus requiritur, ibi partis confessio non sufficit, vt ibid. deductum est, num. 49.

38 Veluti etiam non præiudicat, cum quis confitetur sub assertione partis aliquid affirmantis, quod minus est verum vt habes sup. in d. cap. 1. num. 70.

39 Certaque debet esse confessio, alias incerta non releuat l. certum. ff. de confess. l. de ætate. §. nihil de interr. actio. cum alijs, de quibus sup. in d. cap. 1. num. 12.

40 Syndici etiam confessio, vel Procuratoris facta per modum voluntariæ iurisdictionis non præiudicat principalibus, vt habes infra in cap. 9. art. 3. & 5.

41 Quid autem iuris sit in confessione Prælati, Tutoris, Curatoris, & aliorum alieno nomine administrantium? habes infra in præcitato cap. 9. art. 1. 2. & 4. ibi vide, ne frustra eadem repetantur.

42 In vltimis autem voluntatibus facta confessio quando valeat,

valeat, & nil valeat, declaratur infra in cap. proximè subsequenti.

43 Neque præiudicat confessio illius, qui rem propriam alterius esse fatetur, vt deducit Menoc. in cons. 91. num. 37. lib. 1. & in cons. vltimo, num. 94. & seq. ibid. Aduerte ad notata supra in capite 2. numer. 214. versic. nec leuis est quæstio.

44 An autem noceat confessio in facto alieno? Et Crauet. in cons. 202. numer. 47. tenet nocere, nisi de errore doceatur.

45 Notabis autem quod licet confessio facta in literis, vel epistola noceat scribenti, ibi non procedit vbi scribens decedat ante literas præsentatas. Corset. in ver. confessio. vers. si scribo. Ancar. quæst. 48. num. 8. par. 1. Gabriel. conclus. 2. num. 16. de præsumptio.

46 Et si confitentis persona patitur aliquem defectum, vt puta sit furiosus, vel similis, confessio nil operatur. Bellam. in decis. 691. in prima fallen.

47 Vel confessio non sponte facta fuerit, Bellame. ibidem in secunda fallen. conferunt notata supra in cap. 3. artic. 4. num. 31.

48 Communiter autem est admissum, vt confessio facta absente parte non faciat præiudicium. Bellame. decis. 691. in 6. fallen. vers. aliam fallentiam ponunt communiter, cum alijs, de quibus supra in cap. 2. in princ. vbi latè ad materiam.

49 Intellige quoad plenam probationem: Cum iuxta receptionem sententiam semiplenè probet, vt deductum est supra in 1. cap. num. 43. & in cap. 2. num. 6. vers. primum intellige, & vers. seq.

50 Et triuiale est confessionem receptæ pecuniæ non probare, veluti factam sub spe futuræ numerationis, de qua latissimè actum est supra in secundo cap. nu. 142. vers. regula est igitur, & ibid. num. 84. vers. at huiusmodi sententia, & vers. seq.

51 Et patris confessio non præiudicat filio quoad legitimã. vide sup. in cap. 2. num. 81. vers. hinc est quod.

52 Prout

52 Prout nec debitoris confesio alijs creditoribus nocere valet, vide supra in eodem cap. 2. num. 91. vers. Hinc inferri.

53 An autem dotis receptæ confessio probet dotis satisfactionem, latissimè discussum est sup. in cap. 2. n. 94. vers. cæterum profunda, cum multis seq.

54 Nec ex confessione parentum filiatio probatur, vt deductum est sup. cap. 2. num. 200. vers. nec insulsa, vbi declaratur, quomodo id procedat.

55 Neque fideicommissum extare probat hæredis confessio, vide supra in eodem cap. 2. num. 211. vers. sequitur videre:

56 Et in beneficialibus, & causis matrimonialibus, & similibus parum operatur confessio rei pro Actore, vt habes supra in capite 3. articulo primo, num. 62. vers. & quamuis confessio.

57 Quid dicendum de confessione prodigi? Venit distinguendum an simus in causa ciuili, vel criminali, si quidem in criminali sibi præiudicat, & oppositum dicitur in ciuili, vt per Caldas in comment. l. si Curatorem super ver. cum non absimilis, num. 45. & sequenti. C. de inte. restitut. mino.

58 Aduertendum est autem quod ob solam prodigalitatẽ, vbi non fuerit à Iudice interdicta bonorum administratio, prodigus alienandi facultatẽ non amittit. vt per glo. i. in l. 1. in principio, ff. de Curato. furio. quam communiter approbatam testatur Paul. in cons. 248. num. 2. lib. 2.

59 Nec leuis est quæstio, an si notoriè prodigus sit valeat eius confessio, vel alienatio ante interdictam sibi bonorũ administrationem, & Bal. in cons. 287. lib. 5. tenuit pro negatiua, etiam si iuramentum interuenerit; sed latius id discutit in cons. 391. num. 12. & seq. ibid. vbi tres casus distinguit, Primus est quãdo iã declaratus est prodigus, eique datus Curator. Secundus quando est declaratus, & etiam bonis interdictus, non tamen datus Curator, vel minus idoneè. Tertius est casus, quando non est declaratus prodigus, nec bonis interdictus, neque Curator datus, & subdi-

subdistinguit, an sit adeo notoriè prodigus, vt eius prodigalitas nota sit omnibus, & inquit tunc varias adesse sententias. At ipse tenet vt alienare non possit, motus communi regula, vt in notorijs non sit necessaria sententia declaratoria. Cuius oppositum voluit Paul. in d. cons. 248. num. 1. & licet sit quæstio valde dubitabilis, de qua latè Ias. in l. is cui bonis, num. 9. de ver. obligat. Communis tamen, & receptior est sententia affirmatiua, vt per Ias. in dicto numero 9.

Si vero non est prodigus manifestus, tunc contractus valet. Bald. in d. consil. 391. num. 3. vers. si non est prodigus.

60 Proinde communiter est admissum, vt prodigus testari possit ante sibi interdictam bonorum administrationem, vt per Clar. de testamen. quæst. 33.

SVMMARIVM:

1 *Confessio facta in vltima voluntate est ad libitum reuocabilis. Declaratur num. 37. & seq.*
2 *Fallit vbi testator medio iuramento affirmet illa esse vera.*
3 *Quid si in vltima voluntate quis asserat extorsisse vsuras vsque ad summam scut. mille, quas mandauit ab hærede restitui. An conualescens eam confessionem valeat reuocare?*
4 *Quid si facta esset Notario stipulante pro parte, vel ipsa parte præsente?*
5 *Vide Tiraq. multa in id cumulantem.*
6 *Quid ea confessio operetur absente parte?*
7 *Quid si fateatur se debere Octauio centum, ex certa causa ibi expressa?*
8 *Quid si præsente, & acceptante vxore vir fateatur se talia bona ab ea recepisse, & medio iuramento?*
9 *Quid si absque iuramento præsente, & acceptante vxore?*
10 *Vide ibi deducta in oppositum.*
11 *Regulariter receptæ dotis confessio facta in testamento non probat: solamque dumtaxat facit semiplenam.*
12 *Magnum facit adminiculum si vir diu vxori præstitit alimenta.*
13 *Aliæ coniecturæ confessionem prædictam adiuuantes.*
14 *Dotis solutio probatur ex præsumptionibus.*

De Confessione facta in vltimis Voluntatibus, Caput Octauum.

1 CONFESSIO facta in testamento, vel quauis alia vltima voluntate reuocari valet ad libitum, ex his, quæ deduximus in nostro tracta. de iuram. par. 4. in effect. 211. Cuma. in consi. 37. vers. ad vltimum. Et non probat id, super quo emanat. Felin. in cap. si cautio, num. 24. vers. tertia declaratio: vbi latè ad materiam de fide instru. vide in oppositum Menoc. præsumpt. 35. nu. 32. lib. 3. & congesta per Tiraq. de legi. connubiali. in glo. 3. nu. 96. Bursat. consi. 304. n. 62. lib. 3. Mascard. de probatio. conclus. 359. num. 2.

2 Fallit vbi testator medio iuramento confessa per ipsum vera esse affirmasset, ex congestis in eodem effect. 211. nu. 2. adde Menoc. in consi. 39. num. 47. & 50. lib. 1. & præsumpt. 60. num. 8. lib. 2. præsumpt. & in præsumpt. 5. nu. 3. lib. 5. Bero. consi. 60. num. 36. lib. 2. & in consi. 45. nu. 14. lib. eod. & consi. 15. num. 22. lib. 3. Alciat. in præsump. 4. nu. 4. reg. 3. vbi tamen vide additio. Iaffred. decis. 201. in fin. Imol. in cap. si cautio. num. 11. de fide instr. Marc. decis. 461. nu. 1. Illustriss. D. Cardinalis Mantica de coniect. vlti. volunta. lib. 10. titu. 4. nu. 2. vide infra, nu. 37. vers. diximus sup. Mascar. de probatio. conclus. 359. nu. 8. Ruin. consi. 169. num. 12. lib. 2.

3 Quæritur iccirco si quis in testamento, vel quauis vltima voluntate confessus sit extorsisse vsuras vsque ad summam scutorum mille, quas iussit ab hæredibus fore restituendas, an reconualescens huiusmodi confessionem reuocare valeat? vide in eodem meo tracta. de iuramen. par. 4. effect. 211. vbi id deciditur, & Iaffred. decis. 201.

4 Quid si confessio facta fuisset Notario stipulante pro parte absente, vel ipsa parte præsente? tunc haberet vim confessionis inter viuos, nec reuocari posset. Barbat. in consi.

 54.

54. nu. 3. lib. 2. Deci. conſ. 196. nu. 2. verſ. ex quibus omnibus. Maſcar. concluſ. 347. nu. 21. & concluſ. 359. n. 21. Ruin. conſ. 179. nu. 12. lib. 2. Pract. Papien. in forma interrogat. ſuper ver. compellatis. n. 9. Franciſ. Mar. quæſt. 334. num. 7. Riminal. ſuper Inſtit. de donat. in princ. num. 1226. Soarez inter communes ſuper ver. cõfeſſ. quæ in vltimæ. Cotta in memoriali. ſuper ver. confeſſio poteſt, verſ. & prædicta procedunt. Marcabru. conſ. 30. nu. 228. Burſat. conſ. 32. nu. 44. lib. 1. Bero. conſ. 45. num. 14. lib. 2. Frequentius enim admiſſum eſt contrahi poſſe in teſtamento, contractumque vires habere contractus inter viuos. Viui. opinio. 167.

5 Vide tamen Tiraq. quãplura in vtranque partem cumulantem, & tandem referentem ſententiam Caij Aquilij, quod reuocationi locus eſſet in glo. 3. poſt leg. connubia. nu. 95. & ſeq. & Ancaranum late diſſerentem in quæſt. 58. per totam. par. 1. vbi n. 2. atteſtatur de communi, vt tribus tantum caſibus operetur, videlicet, ſi ſit iurata, vel notarius pro parte abſente ſtipuletur, vel facta ſit parte præſente, & acceptante.

6 Quid autem operetur facta parte abſente, vide Gabriel. in concluſ. 1. num. 27. & ſeq. de confeſſ. Habet enim vim legati, ſi facta ſit diſpoſitiuè. Diuerſo. deciſ. 675. in princ. par. 1. & ſi legatum foret caducum, caderet etiam ipſa confeſſio, vt habes ibid. num. 2. vide Ancarã. vbi ſup. & firmat Decia. in conſ. 32. nu. 84. lib. 2. quod confeſſio de recepto facta in teſtamento, probat etiam fauore abſentis.

7 Et vbi teſtator fateretur debere Octauio centũ expreſſa cauſa, tunc valere cõfeſſionẽ, notauit Syluan. in conſ. 44. n. 15. cuius oppoſitum habes per Menoc. in conſ. 39. num. 49. lib. 1. vide Illuſtriſſ. D. meum Cardinalem Manticam de coniectu. vlt. volunta. lib. 10. tit. 4. num. 1. 2. & ſeq. facit in oppoſitum Bero. in conſ. 15. num. 21. lib. 3.

8 Quid ſi maritus præſente, & acceptante vxore, medio iuramento, fateatur in teſtamento ſe talia bona ab illa recepiſſe, vtrum ei præiudicet ſi vxori ſuperuixerit? Vide Barbat. in conſ. 59. num. 23. lib. 2. tenentem vt talis con-

fessio reuocari valeat ab ipso confitente,& secus in hęrede. Quod an verum sit, vide in meo tracta. de iuram. par. 4. effect. 211. & per Menoch. in cons. 81.num. 16. & 17. lib. 1. Roma. cons. 445. num. 9. & vide in materia Purpurat. in consil. 461. num. 3. 4. & seq. lib. 2. & Andr. Alpheri. in cons. 39. num. 20. vbi tenet, quod quando Maritus fatetur in testamento se certa ex causa debere vxori, si extent filij primi matrimonij, confessionem non valere, vide Mascar. in conclus. 362. num. 7.

9 Quid autem si facta sit absque iuramento præsente tamē & acceptante vxore? Et Alex. in cons. 45. num. 5. & 6. lib. 1. illam valere affirmat, sortirique vim irreuocabilis donationis inter viuos. Consonat Bursat. in cons. 32. nu. 44. lib. 1. Rimi. super Instit. de donatio. in princ. n. 1044. Seraphi. de priuileg. iuram. in priuil. 60. nu. 18. vide Roman. in cons. 445. num. 8. & 9.

10 Præmissis valde obstant deducta per Menoc. in d. cons. 39. num. 52. & in cons. 51. nu. 15. & seq. lib. 1. vide Alex. in cons. 142. nu. 4. lib. 5. Mascar. conclus. 345. nu. 32. & 33.

11 Regulariter autem receptæ dotis confessio in testamento non probat de communi Mascar. conclus. 362. num. 6. sed dumtaxat semiplenam facit probationem. Diuers. decis. 155. in princ. par. 2. & iunctis adminiculis plenè probat ibid. num. 2. & 3. vbi nonnulla adminicula referuntur, & signanter facit adminiculum si maritus alias idem confessus esset, vt habes ibidem, num. 4. ver. tertio confessio.

12 Maius facit adminiculum si maritus diu vxori alimenta præstitit, ibid. num. 8. vers. sexto, & vltimo, vbi de magis communi. Cephal, cons. 448. num. 23. lib. 3. Viui. opinio. 148. n. 3. Gozadi. cons. 42. n. 13. vers. quartò instrumentum.

13 Alias etiam coniecturas habes in decis. coram Domino meo Penia, me informante, facta in causa Imoleñ. repetitionis dotis sub die 4. Martij. 1594. cuius copiam subijcere libuit ad lectoris commoditatem, tenoris, vt sequitur, videlicet.

Rotæ Decisio.

LVcretia de Lilijs, Petro de Cantis, cui primò nupserat scuta mille auri in dotem dederat, solutoque matrimonio per obitum Petri, eidem Lucretiæ ea scuta mille restituta fuerunt, quæ post aliquot annos cum Petro de Mancurtis secundo nupsit, quæ cum eodem per nouem annos in circa cohabitauit, vsque ad illius obitum, & quia in iudicio, quod intentauerat contra Paulum filium,& hæredem Petri de Mancurtis super repetitione dotis diuersæ in partibus erant latæ sententiæ, causa introducta in Rota,dubitaui, an constaret de solutione dotis scut. mille per Lucretiam facta secundo viro, ad effectum vt repetere posset ab illius hærede. Et Domini censuerunt de solutione constare. Cum enim solutio dotis probetur præsumptionibus, & coniecturis. Bero cons. 40. num. 44. lib. 1. & fuit dictum in causa Sabineñ. siue Romana dotis coram Reueren diss. D. Cardinali Lancellotto tunc Auditore. In casu proposito plures coniecturæ concurrunt. Prima erat, quia primo marito eadem dos scut. mille constituta fuerat, & per eius obitum eidem Lucretiæ restituta. Vnde eadem in secundo matrimonio promissa censebatur, nisi contrarium probetur, l. dotem quæ, & l. diuus, ff. de iure doti. Auten. Sed quamuis, vbi Salicet. C. de rei vxor. actio. Ruin. in consil. 61. num. 1. lib. 3. Bero. d. consil. 40. num. 43. & 55. lib. 1.

16 Altera coniectura sumebatur ex quodam instrumento quietantiæ factæ præsente, & consentiente secundo marito, vbi inter cætera continebatur Lucretiam liberasse Virginium de Masis à summa scutorum mille auri, propterea quod Petrus eius maritus præsens, & consentiens receperat dictam summam à Virginio, ex ista enim assertione facta in præsentia secundi viri oriebatur efficax coniectura solutionis, & receptionis dotis.

17 Superioribus accedebāt attestationes trium testium, asserentium, che misser Pietro Mancurti pigliò per moglie

Madonna

Madonna Lucretia con dote di mille scudi, quali detta Madonna Lucretia diceua douer hauere da Miser Virginio.

18 Quamuis enim testes essent singulares, cum non essent cōtestes in loco, & tempore, & ideo non probarēt confessionem. Butr. in cap. licet ex quadam, de testibus, nu 8. Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consue. Afflict. decis. 373. num. 3. Concurrentibus tamen tot alijs coniecturis probare videntur. Paul. de Cast. in cons. 281. num. 10. ad fin. lib. 1. & fuit decisum in una Vrbeuetana Legati. die 13. Octobris. 1581. coram D. Cantucio.

19 Postremo considerabatur etiam alia coniectura, sumpta ex generali consuetudine: Cum regulariter sine dote non ducantur vxores. Aym. cons. 40. num. 2. & in d. decis. Vrbeuetana. Nec in proposito casu est uerisimile Petrum per nouem annos continuos non soluta sibi dote cum Lucretia cohabitasse, eique alimenta præstitisse.

Ex his omnibus simul iunctis satis sufficiens probatio ad præsumendam dotis solutionem inducta videbatur, præ-

19 sertim cum in materia dotis faciliores probationes admittantur. Paul. cons. 99. nu. 2. & 3. lib. 2. Verall. decis. 288. par. 1. Hactenus Rota.

21 Quid autem dicendum si quis damnatus ad mortem fateatur se vsuras recepisse à tali, easque restitui mandet? An talis confessio præiudicet Fisco, vt ad restituendum teneatur? Et pro affirmatiua consuluit Bald. in cons. 476. num. 2. lib. 5. sequitur Grauet. in cons. 6. num. 53. & in cons. 158. num. 8. & Foller. in pract. crim. in rubr. Et si confitebuntur, num. 116. & seq. par. 1.

22 Quid si Iudex qui alias tulit fauorabilem sententiam in fauorem Pauli, constitutus in extremis fateatur falsam, aut malam tulisse sententiam? An huiusmodi confessio Paulo præiudicet? pro negatiua vide deducta per Curt. Sen. in cons. 69. num. 1. Foller. vbi supra, num. 91. Marsil. in rubr. ff. de fideiussori. num. 41. Gabriel. d. conclus. 32. num. 7. de criminali. Mascard. conclus. 359. num. 31.

23 Quod limitat Cur. in eod. cons. 69. num. 2. vbi cum tali confessione concurrerent adminicula, pro quo faciunt

deducta

deducta supra in cap. 2. num. 8. vers. vel esset adminiculata.
24 Quæro item in teste, si in mortis articulo constitutus asseruit se falsum tulisse testimonium contra Octauium, an sit ei danda fides? & pro negatiua vide Foller. in sua pract. super ver. Et si confitebuntur, nu. 91. par. 1. Anan. in cap. exhibita, col. 2. vers. in quibus inter alia, de homicid. Marsil. in d. rubr. de fideiussori. num. 42. vbi aliqua opponit, & diuers. decis. 346. num. 4. par. 1. Gabriel. conclus. 32. num. 2. de criminali. Cæs. de Grass. decis. 1. num. 12. de restit. in integ.
25 Quid in Notario fatente falsum fecisse instrumentum? Gabriel. ibid. num. 5.
26 Quid si inter viuos testis fatetur se alterius precibus corruptum falsa deposuisse? ei non fore credendum asserit Decian. in cons. 189. num. 8. de communi, Bursat. in cons. 43. num. 22. lib. 1. & Rolan. similiter testans de communi
27 in cons. 17. num. 7. lib. 1. contrarium tamen seruari de consuetudine, dummodo eius dictum mediante tortura confirmetur, testatur Clar. relatus à Ios. Ludo. in decis. Lucen. 15. num. 5.
28 Attamen si duo testes affirmarent se à parte corruptos minus vera deposuisse, non sufficerent ad condemnandum, sed satis essent ad torquendum corrumpentem, ad Boer. in decis. 319. nu. 5. vbi videas.
29 Quid in Arbitris asserentibus se pecunia corruptos male pronunciasse? Ad Gabriel. in d. conclus. 32. num. 10. de criminali.

Limita nunc prædicta si cum hac confessione facta in extremis concurrerent alia adminicula. Gabriel. d. conclus. 32. num. 15.
30 Quid si pater fateatur in testamento se Octauij debitorẽ in scut. mille, An talis confessio præiudicet filio quoad legitimam? Et pro negatiua concludit Alex. in cons. 18. in fine, lib. 4. Bursat. in cons. 32. num. 43. lib. 1. Menoc. in cons. 39. num. 49. lib. 1. Idemque dicendum si pater fateatur se debere ex seruitijs receptis, vel alia de causa, ad

Alex.

Alex. vbi supra in vers. & pro hoc facit. Quod procedit etiam si sit iurata. Mascar. conclus. 359. num. 18. de probat.

31 Quid autem si pater in suo testamento recognoscat bona esse subiecta fideicommisso facto ab eius Auo, An ex tali confessione fideicommissum probetur? & pro negatiua nonnulla inducit Marcabrun. in cons. 61. num. 17. & sequent.

32 Quid de confessione alicuius in extremis constituti pro exoneratione conscientiæ facta? & vim habere relicti facti in vltima voluntate. Imol. in cap. si cautio, num. 11. vers. idem videtur, de fide instrumentorum, de communi, per Rotam in decis. 685, num. 7. par. 1. diuerso, vide Marc. decis. 461. num. 2. & Mascar. conclus. 359. num. 13. Vbi vult eam non esse reuocabilem, & num. 25.

33 Quod huic confessioni factæ in extremis magis sit credendum, plura congerit Crauetta in cons. 6. nu. 51. & pluribus seq. quæ videas, & Grammat. decis. 34. num. 37. Bursat. in cons. 382. num. 19. lib. 3. Cum enim emanauerit in vltima voluntate, nulla fraus præsumitur. Crot. cons. 199. num. 15. lib. 2. Rimi. Iuni. in cons. 381. num. 98. lib. 4. Mascar. de probatio. conclus. 359. nu. 4. Ferret. cõs. 150. num. 15. Et nonnulla recenset in oppositum. Menoc. cons. 39. num. 67. & seq. lib. 1. & in cons. 25. num. 8. ibid. Afflict. decis. 168. num. 2. & sequen.

34 His alludit Alex. in cons. 30. num. 13. lib. 7. volens confessionem vulnerati in vltimis constituti, quod non fuit vulneratus à Mæuio, operari, vt is ex præcedentibus indicijs torqueri non possit; Quod verum est, vbi plene delictum non sit probatum, vt declarat Menoc. in lib. 1. præsumpt. quæst. 90. num. 2. & seq.

35 Et è conuerso, confessio vulnerati asserentis in mortis articulo se vulneratum fuisse à Seio, facit aduersus illum indicium ad torturam. Menoc. ibidem quæstio. 89. num. 77.

36 Quod verum intelligas vbi alia, licet leuia indicia concurrant, vt ipsemet Menoc. deducit ibidem, numer. 81. vide latius deducta in meo tractatu de Iuramento,

par. 4. in effect. 204. num. 6. & 7. & Carreri. in tractatu de Iuram. decis. in 4. quæst. 7. quæst. principalis nu. 2. Anani. in cap. exhibita col. 2. vers. quid autem si quis. de homicid. latè Marsil. in pract. crim. §. diligenter, num. 117. & pluribus seq.

37 Deduximus supra confessionem factam in testamẽto ad nutum esse reuocabilem, vt in princ. huius capitis, nisi testator medio iuramento confirmasset, quia tunc non esset alias reuocabilis, intellige, vt procedat vbi non simus in materia suspecta, vt puta, si pater in testamento fatetur se debitorem filij Spurij in ducatis mille, quia tunc cum ille non sit capax, etiam si testator medio iuramento confiteatur, ei non creditur, Illustriss. D. meus Card. Mantica de cõiectu. vlti. volunta. lib. 10. tit. 4. num. 3. & 4. Et vide relata per Tiraq. in glo. 3. post leg. concubi. nu. 95. & seq. vbi citat Caij Aquilij sententiam, de qua Valer. Maxi. in 8. lib. cap. 2. ibi vide.

38 Nisi veritas confessionis concurrentibus adminiculis adiuuaretur. Cardinalis ibidem, num. 4. versic. sed hoc sanè.

39 An autem confessio testatoris valeat ab hærede reuocari, vide sup. in cap. 4. num. 26. vers. & reuocari potest.

40 Quæro, vulneratus in vltimis constitutus affirmat se nõ mori ex vulnere, sed ex mala vita, & culpa Medicorum, facitque pacem cum vulnerante: An eius exculpatio prosit percussori? Et Anan. in cap. exhibita, col. 2. vers. quærit autem, de homicid. tenet post Ancaran. quem citat, vt non valeat quoad liberationem à pœna, quæ partium voluntate remitti nequit, ibi vide, & Marsil. in pract. crim. §. diligenter, num. 118.

41 Quid in confessione mutui facta in testamento? Et dicas plenam facere probationem, cessareque non numeratæ pecuniæ exceptionem, etiam intra triennium, cum verisimile non sit, vt in extremis constitutus fateatur sub spe futuræ numerationis, ad Mascard. in conclus. 359. num. 20. cum alijs, de quibus supra in capite 2. numer. 167. Veniunt tamen plura ponderanda, & an facta sit in mate-

ria suspecta, vel per personas suspectas, vel concurrant contraria indicia, de quibus supra per totum hoc capitulum.

42 Et conclusio procedit non in simpliciter ægroto, sed in grauiter infirmo, & in extremis constituto, vt aduertit Mascar. ibid. in vers. intelligas tamen.

43 Quid dicendum de confessione facta per Abbatissam in vltimis constitutam, An præiudicet nouæ Abbatissæ? vide infra in cap. 9, proximè seq. art. 1. num. 25.

CAPVT NONVM.

Agitur in hoc nono, & vltimo Operis Capite de Confessione facta à Prælatis, à Tutoribus, & Curatoribus à Syndicis, Procuratoribus, Negociorum gestoribus, & aliarum rerum administratoribus, quando, & quantum suis principalibus præiudicare valeant; & quo distinctius, & ritè procedatur Nonum hoc Caput in sequentes Articulos diuidemus.

SVMMARIVM:

1 Regulariter Prælati confeſsio Eccleſiæ non præiudicat.
2 Præſertim ſi facta ſit in infirmitate.
3 Refert an fiat à Prælato habente Capitulum, & an per viam voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictionis.
4 Præiudicat vbi habet aſsiſtentiam iuris.
5 Quid ſi ſatisfactum ſe fateatur à debitore?
5 Nocet facta in iudicio cum mandato Capituli.
7 Si locauit bona Eccleſiæ fatendo ſe de penſione ſatisfactum, an noceat Eccleſiæ?
8 Refert an fiat ex cauſa concernente vtilitatem Eccleſiæ.
9 De veritate aliter, quam ex confeſsione conſtare debet.
10 Licet poſſit Prælatus donare famulis ob benemerita, de illis conſtare eſt opus.
11 Sufficit tamen confeſsio, ſi eſt adminiculata.
12 Quid ſi fateatur mutuo centum recepiſſe pro ſeruitio Eccleſiæ?
13 Quid in Confeſſione Decani nomine Capituli?
14 An ei credatur aſſerenti praceſſiſſe tractatum?
15 Ei non creditur aſſerenti præceſſiſſe iuſtam ſubeſſe cauſam.
16 Prout nec creditur affirmanti habere licentiam alienandi.
17 Rectoris Eccleſiæ confeſſio an illi præiudicet?
18 Valde refert an agatur de præiudicando quæſitis, vel acquirendis.
19 Poteſt præiudicare in quærendis negligendo.
20 An repudiare poſſit legatum, vel hæreditatem?
21 Eccleſia læſa ex negligentia Prælati an reſtituatur?
22 Vbi Eccleſia habet Capitulum, ſolus Prælatus præiudicare nequit.
23 Quid ſi fateatur vt teſtis in iudicio inductus?
24 Confeſsio quæ tendit ad alium liberandum magis attenditur.
25 Abbatiſſæ confeſsio in vltimis conſtitutæ, an præiudicet nouæ Abbatiſſæ?

De

De Confessione Prælatorum quando Ecclesiæ non præiudicet,

Caput Nonum, Articulus Primus.

1 PRAELATI confessio regulariter Ecclesiæ non præiudicat, nisi aliter constet de veritate, ex citatis ab Afflict. in decis. 168. nu. 3. vbi Vrsil. in addit. & Angel. in cons. 245. num. 8. Duenn. in reg. 119. nu. 8. Mascard. in conclus. 347. num. 29. & 30. & in conclus. 367. num. 1. & seq. Roma. cons. 389. in princ. Franc. Mar. decis. 1098. num. 2. Bero. cons. 92. nu. 7. lib. 1.

2 Et præsertim si facta fuerit in infirmitate, ex qua decessit: quoniam Prælatus dicitur Vsuarius, non autem Vsufructuarius bonorum Ecclesiæ, & sic nequit in mortis articulo confitendo Ecclesiæ præiudicare. Afflict. d. decis. 168. num. 2. Parisi. in cap. final. num. 54. prope fin. de præscriptio. vide in oppositum congesta per Crauet. in cons. 6. num. 51. & pluribus seq. Menoc. cons. 39. nu. 12. & 68. lib. 1. & 18. in cons. 25. num. 8. ibidem.

3 Valde autem refert, an simus in Prælato habente Capitulum, vel qui sine Capitulo habeat penes se administrationem: si quidem si solus sit, absque Capitulo, venit distinguendum, An fateatur per viam voluntariæ, vel per viam contentiosæ iurisdictionis: vt primo casu nil præiudicet, & in secundo faciat Ecclesiæ præiudicium per iura, quæ citat Abb. in cap. final. nu. 43. & seq. de præscriptio. Angel. in cons. 245. num. 8. vers. & tunc, cum ista. Vrsil. ad Afflict. in decis. 168. num. 3. Parisi. consil. 3. nu. 29. lib. 4. Purpurat. consil. 573. num. 3. lib. 2. Mascar. conclus. 367. num. 3. 10. & 22. & vide Deci. in consil. 474. num. 5. & sequen. vbi aliqua opponit. Menoc. in consil. 39. num. 37. lib. 1. & vide in contrarium deducta, num. 24. Caputaquen. decis. 35. quæ incipit: Primum extremum, lib. 2. in manu-

in manuscriptis. Bellame. decis. 696. vers. dicit enim, Rota decis. 3. nu. 1. de confessis in nou. & diuers. decis. 266. num. 5. par. 2. Afflict. decis. 245. num. 11. & decis. 168. num. 4. Baldus tamen in cap. si diligenti, num. 2. de præscriptio. adnotauit, quod Archiepiscopi confessio probat contra Ecclesiam.

4 Et licet regulariter Ecclesiæ non noceat ex præmissis, Felin. in d. cap. final. num. 11. dat nonnullas limitationes, & signanter, nisi ea confessio habeat assistentiam iuris communis, vel agatur de iure acquirendo, vel de his quæ concurrunt dignitatem ipsius Prælati, in quibus confessio præiudicat eo viuente; vel nisi deposuerit vt testis, ibi vide. Probat etiam vbi cum ea concurrat præsumptio iuris. Mascar. conclus. 367. num. 4.

5 Quod si fateatur se ab Ecclesię debitore satisfactum, Ecclesiæ præiudicat. Capiti. decis. 16. num. 8. Concurrunt enim duo ad hoc requisita per Felin. in cap. fina. num. 13. de pręscriptio. videlicet quod confessio tendit ad alium liberandum, non ad Dominum obligandum, & quod consistit in facto proprio confitentis. Mascard. d. conclus. 367. num. 7.

6 Nocet etiam Ecclesiæ confessio Prælati cum facta est in iudicio præcedente mandato Capituli. Paris. in cap. final. num. 54. vers. secunda conclusio, de præscrptioni. Mascar. conclus. 367. num. 5. 6. & 23.

7 Quæro, Prælatus locauit quemdam fundum Ecclesiæ, confessusque est recepisse pensionem per tribus annis futuris, An huiusmodi confessio præiudicet Ecclesiæ, vel successori, si is Prælatus interim moriatur? & dicas vt præiudicet ipsi tantū locanti pro rata tēporis quo superuixit, ad Calderin. in cons. 5. de confess. vbi tamē distinguit, an facta
8 sit voluntariè, vel per modū contentiosę iurisdictionis. Declarat tamen, quod si facta esset ex causa concernente Ecclesiam, vt puta per tot soluendis debitis, in quibus illa erat obligata, tunc valeret, ibi uide in uers. sed respondeo, & uide etiam Angel. in cons. 245. num. 8.

9 Debet tamen de ueritate aliter constare, quam ex confessione

fessione Prælati, cui soli non creditur, Barbat. in cons. 17. num. 8. lib. 4. Socin. cons. 29. num. 10. lib. 1. cum alijs, de quibus Vrsil. ad Afflict. decis. 168. num. 2. Maran. in pra-cti. in 5. actu Iudicio. in 6. par. princi. num. 7. Vide in oppositum decis. Moeda. 9. quæ incipit. Prælatus, in manuscriptis.

10 Hinc est quod licet promissum sit Prælato donare famulis, & sibi seruientibus ob eorũ benemerita, de his tamẽ non statur eius confessioni, sed aliter sunt probanda, ad Mascar. conclus. 347. num. 20. Parisi. in cap. final. num. 54. vers. quinta conclusio. de præscriptio.

11 Sufficeret autem vbi alia concurrant adminicula. Natta cons. 543. nu. 20. lib. 3. Mascar. d. conclus. 367. num. 13.

12 Quid si Prælatus mutuo recepisse fateatur pro seruitio Ecclesiæ scut. 100. à Paulo? An talis confessio præiudicet illi: & pro negariua. nisi alia adminicula concurrant, vide Viui. opinio. 953. num. 8. & seq.

13 Quid si Decanus nomine Capituli aliquid fateatur in Ecclesiæ præiudicium? Et illi non nocere habes ex Peregri. in decis. 118. quæ incipit. Proposui causam, lib. 2. in manuscriptis.

14 Et si Prælatus, aut Capitulum aliquid alienet sub narratiua, quod legitimi tractatus præcesserunt, id illis non creditur, ad Bar. in l. si forte. in fi. de Castren. pecul. Parisi. cons. 36. num. 9. lib. 4. Rebuff. in compen. alienat. rer. Eccle. num. 11. & seq. Felin. in cap. sicut. num. 27. vers. vnde tractatus, de re iudi. Pedemon. decis. 170. num. 2. Rolan. cons. 15. nu. 15. lib. 1. Rimi. Iuni. Instit. de donatio. in princ. num. 266.

15 Credi nec etiam debet Prælato alienanti, & alienationem iuxta de causa fieri asserenti, vt puta necessitatis, vel vtilitatis. Fabian. de Mon. de empt. & vendit. quæst. 5. nu. 113. vers. est aduertendum. Ruin. in cons. 15. num. 19. & seq. lib. 1. Deci. in cons. 142. num. 6. Rolan. cons. 15. num. 19. & seq. lib. 1. Scurlatin. in consil. impresso. post 52. quæst. Ancar. in secunda par. num. 3. Parisi. cons. 36. numer. 11. lib. 4. Rimin. Iun. in consil. 233. num. 119. lib. 3.

lib. 3. & conſ. 342. num. 7. & ſequenti, ibidem.

16 Prout nec ei creditur aſſerenti, quod dederit licentiam alienandi. Bero. conſ. 122. num. 10. & ſeq. lib. 1.

17 Rectoris autem Eccleſiæ confeſſio, an noceat illi, dic idem quod de Prælato, ex notatis per Pariſi. in d. cap. final. num. 54. verſ. tertia concluſio. de præſcriptio.

18 Valdeque refert an agatur de iure, iam Eccleſiæ quæſito, vel de acquirēdo, quoniam prout in quæſitis nullo modo præiudicare valet, ita nocere poteſt in acquirēdis. Natta conſ. 441. num. 12. & ſeq. lib. 2. Deci. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 53. verſ. tertia concluſio, de conſtitut. in conſ. 588. num. 15. & in conſ. 624. num. 9. Cephal. conſ. 5. num. 21. lib. 4. Maſcar. d. concluſ. 367. num. 15.

19 Aduertas autem benigne Lector, quod hæc concluſio, vt Prælatus præiudicare poſſit Eccleſiæ in acquirendis eſt ſanè intelligenda; vt ſcilicet procedat in omittendo, tacēdo, & negligendo, ſecus autem in faciendo, & committendo, vt puta non acceptando legatum, aut hæreditatem, ad Cardinal. in cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. num. 17. Rolan. conſ. 15. num. 29. & pluribus ſeq. lib. 1. Aym. conſ. 152. num. 9. Burſat. conſ. 10. num. 32. lib. 1.

20 Addunt nonnulli ex præcitatis, vt etiam delatam hæreditatem repudiare valeat ante tamen illius acceptationem, ſed eſt periculoſa ſententia, vt per Capiti. deciſ. 18. num. 13. Caputaq. deciſ. 319. num. 1. & 2. par. 2. Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 10. ſolu. matri. Gabriel. concluſ. 3. de lega. qui alios cumulat. Viui. opinio. 1. num. 7.

21 Eſt etiam aduertendum quod licet poſſit Prælatus negligens Eccleſiæ præiudicare, datur tamen Eccleſiæ in integrum reſtitutio ob læſionem. Rimi. Sen. in conſ. 315. n. 15. & ſeq. lib. 2. licet oppoſitum voluerit ipſe idem in conſ. vltimo, col. fina. num. 47. eod. lib. 2. At pro affirmatiua vide Maſcar. in d. concluſ. 367. num. 24.

22 Et vbi Prælatus habet Capitulum nequit ſolus præiudicare etiam in acquirendis. Caputaquen. deciſ. 106. num. 4. par. 1.

23 Quid ſi fateatur, vt teſtis in iudicio examinatus? Et

quod

quod probet, vide Mascard. in d. conclus. 367. num. 17.

24 Quid vbi confessio tendit ad alium liberandum, magis est attendenda. Mascard. ibid. num. 7.

25 Quæritur autem an confessio facta per Abbatissam in extremis laborantem præiudicet nouæ Abbatissæ? Et pro negatiua fuisse alias decisum refert Menoc. in cons. 39. num. 48. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Curatoris confessio non præiudicat adulto, nisi facta fuerit in contentioso iudicio, & num. 7. & seq.*
2 *Prout nec confessio Tutoris nocet pupillo, & num. 5.*
3 *Oppositum quod noceat.*
4 *Ratio est, quia pupillus regressum habet contra Tutorem.*
6 *Non probat nisi alia concurrant.*
9 *Non sufficit esse factam in iudicio, nisi fiat Iudice mandante.*
10 *Probat si super ea interponatur decretum Iudicis.*
11 *Tutoris confessio quod mutuo pecunias acceperit pro indigentia pupilli, non præiudicat illi, nisi doceatur esse conuersas in eius vtilitatem.*
12 *Tutoris confessio facta in inuentario quod tales res reperijt in hæreditate probat.*
13 *Et si passus sit in inuentario res proprias describi sibi præiudicat.*
14 *Si in compromisso narret tales res spectare ad hæreditatem sibi præiudicat.*

De Confessione Tutorum, & Curatorum.

Caput Nonum, Articulus Secundus.

1 CVRATORIS confessio adulto non præiudicat, nisi fuerit iubente Iudice per viam contentiosæ iurisdictionis. Alex. cons. 66. num. 22. lib. 6. Tiraq. de retract. conuentio. §. 4. glo. 6. num. 12. Rolan. cons. 70. num. 3. lib. 1. Ianuen. decis. 110. num. 2. & 3. decis. 142. num. 3. Mascar. conclus. 361. nu.

55. de probationi. Quicquid nimis generaliter loquens dixerit Magon. in decis. Lucen. 13. num. 8.

2 Nam neque Tutoris confessio de recepto nocet pupillo ad probandam receptionem. Roma. cons. 352. num. 5. Viui. opini. 145. in princ. Magoni. decis. Lucen. 5. num. 25. Corne. cons. 268. col. 1. vers. quia confessio Tutoris, lib. 1. Alex. cons. 97. num. 2. lib. 7. Tiraq. vbi sup. num. 12 Natta cons. 543. num. 13. lib. 2. Rimin. cons. 35. num. 28. lib. 1. Mari. Anguillo, cons. 266. num. 13. & seq. & in cons. præcedenti, num. 5. sed sibi contrarius oppositum voluit in cons. 159. num. 5. vide Menoc. cons. 31. nu. 35. lib. 1. & num. 40. vbi declarat, quod quamuis iudicialis sit non afficere pupillum nisi Iudice iubente facta fuerit, cum alijs, de quibus Borgnin. de Tuto. n. 274. Nauiza. cons. 17. num. 39. vide supra in cap. 2. num. 173. vers. duodecimo limita. Soarez. inter communes super ver. confessio, num. 251. Areti. in cap. venditæ, num. 5. institu. de rer. diuisi. de communi Plot. in cons. 57. num. 7. Mascar. vbi sup. & in conclus. 370. num. 1.

3 At Capit. in decis. 16. num. 9. tenet oppositum: quoniam cum habeat mandatum cum libera, confitendo præiudicat, ibi vide, nec non Barbat. in cons. 19. n. 11. lib. 3. & cita ta per Natt. in cons. 153. n. 6. vbi nu. 7. non leuem rationem inducit, quia scilicet nullum pupillo sit pręiudicium, cum is à Tutore repetere possit. Proinde si Tutor in suo rationum
4 libro adnotauerit fuisse à Mæuio debitore Pupilli sibi satisfactum, hęc vtiq; confessio contra pupillum sufficit. Menoc. cons. 39. n. 8. lib. 1. Rota autem contrarium tenuit, etiã vbi cum confessione Tutoris concurrant Partitæ libri Mercato ris, vt habes in decis. Rubei. 44. quæ incipit. Confessio de re cepto. in manuscriptis, cuius tenorem in gratiam lectoris subijcere libuit, qui est est huiusmodi. Videlicet.

Rotæ Decisio.

CONfessio de recepto per Tutorem facta non probat veram numerationem, in præiudicium pupilli. Decian. in cons.

cons. 193. num. 15. Afflict. decis. 550. num. 35. & decis. 245. num. 11. & decis. 402. Deci. in l. 2. §. fina. ff. si cer. peta. Tiraq: de retract. lignag. §. 1. glo. 18. num. 82. Quod
6 procedit etiam si cum confessione Tutoris concurrant partitæ libri Mercatoris, qui non probat nisi concurrentibus sex, de quibus Guid. PP. decis. 441. & Boer. decis. 105. n. 4. & seq. Ita in causa Rom. residui prætij pecudum inter Laurentium Gentilis. hæredes Sebastiani de Pano. Hactenus Rota. Vide autem in 2. par. diuer.. decis. 177.
7 Quod si in contentioso iudicio facta fuerit probat, idem Roma. in cons. 389. num. 3. Rolan. cons. 70. num. 3. lib. 3. Faciunt citata sup. in articulo præcedenti. num. 3. vers. valde autem refert, Ianuen. decis. & num. de quibus supra Franc. Marc. decis. 56. num. primo, & secundo: Purpurat. consil. 185. num. 3. lib. 1. Mascard. de probationi. conclus. 370. num. 2.
8 Quod tamen declarat Corne. in d. cons. 268. col. 1. vers. Item facta, & in vers. seq. procedere vbi fiat post litis contestationem, alias dictum effectum non operatur, ibi vide. Et Neuiza. d. cons. 17. num. 39.
9 Vlterius aduerte quod non sufficit esse factam in iudicio nisi fiat de mandato Iudicis, iubentis responderi, ad Parisi. in cons. 115. num. 21. lib. 1. cum alijs, de quibus Menoc. cons. 31. num. 40. lib. 1.
10 Probatque contra pupillum, quando super tali confessione interpositum est Iudicis decretum. Ruin. cons. 91. nu. 9. lib. 5.
11 Est atiam notandum, quod Tutoris confessio asserentis accepisse mutuò pecunias pro indigentijs pupilli, ei non nocet, nisi doceatur fuisse conuersas in pupilli vtilitatem. Menoc. cons. 39. num. 35. & seq. lib. 1.
12 Tutorisque confessio facta in inuentario, asserentis talia bona in hæreditate recepisse, non solum probat contra scribentem, sed operatur nè ad contrarium probandum admittatur. Barbat. in cons. 59. num. 21. & 22. lib. 2. Duenn. in regul. 260. in 3. limitat. Mascard. d. conclus. 370. num. 4.

13 Proinde si passus est in inuentario describi propria bona ipsius Tutoris, sibi præiudicat. Menoc. præsumpt. 61. num. 2. lib. 2.

14 Et si in compromisso per eum facto Tutor fateatur talia bona spectare ad hæreditatem talis, etiam quod talis confessio facta fuerit in alia causa, & inter diuersas personas, non modicam facit præsumptionem, iuxta sententiam Marcabru. in cons. 59. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Syndici Confeßio facta per viam contentiosæ iurisdictionis nocet vniuersitati.*
2 *Facta dicitur per modum contentiosæ iurisdictionis, cum facta est in actis iudicialibus aliqua producendo.*
3 *Quid si delictum fateatur, an noceat vniuersitati?*
4 *Cuiusuis Confessio constituti ad exigendum præiudicat.*
5 *Non præiudicat confeßio de recepto, nisi habeat mandatum cum libera.*
6 *Quid in confessione Nuncij?*
7 *Quid de ea quæ fit ab Officiali publico?*
8 *Quid si Confessio Syndici sit directo contraria Confessioni factæ a Prælato, vel Capitulo?*
9 *Quid si Syndicus fateatur de credulitate; & Prælatus de veritate?*
10 *Quid si Fisci Procurator scribat in codice suarum rationum se satisfactum a tali debitore. An probet?*
11 *Syndici confessio quando non præiudicet?*
12 *Oeconomi confessio an noceat Ecclesiæ?*

De Confessione Syndicorum, & Officialium, Caput Nonum, Articulus Tertius.

1 SYNDICI Confessio nocet vniuersitati si facta fuerit per viam contentiosæ iurisdictionis, ad Rola. in conf. 70. n. 4. lib. 1.
2 Factaque dicitur per modum contentiosæ iurisdictionis, cum facta est in actis iudicialibus, aliqua producendo. Pedemon. decis. 39. numer. 38. & vide citata, numer. 36. ibid. & Bero. in conf. 92. num. 7. & 8. lib. 1. & hoc modo procedere potest, quod nimis generaliter dixit Magon. in decis. Lucen. 13. num. 8. Alias regula est in contrarium, vt per Magon. ibid. decis. 5. num. 25.

3 Quid si fateatur delictum? an noceat vniuersitati? Vide Corn. in cons. 224. col. 2. vers. cum constet, & col. seq. lib. 4.

4 Et cuiusuis officialis confessio constituti ad exigendum principali præiudicat, & etiam Fisco, si pecunias recepisse fateatur. Natta cons. 543. num. 7. & 23. lib. 3.

5 Est autem aduertendum quod Roman. in consil. 352. num. 2. & 3. voluit non sufficere confessionem de recepto, & sequitur Capiti. decis. 16. num. 7. & 8. nisi confitens haberet mandatum cum libera, vt inquit ibidem, num. 9. & 10. vide latius deducta infra in quinto articulo, vers. an autem sufficiat? num. 7. Tiraq. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. num. 12.

6 Quid dicendum de Confessione Nuncij? Et Deci. in l. 2. num. 63. C. de eden. adnotauit, Confessionem à Nuncio factam, ab ipso Domino factam videri, ex authoritate Baldi, quem ibi refert, volentis factum Nuncij pro facto Domini reputari.

7 Similiter autem præiudicat officialis publici confessio, vt puta Thesaurarij, Receptoris, Fiscalis, & similium, ad notata per Foller. in pract. crimina. §. Et si confitebuntur, num. 141.

8 Quid si confessio syndici sit directo contraria confessioni factæ per prælatum, aut Capitulum, & tunc non stãdum confessioni factæ à Syndico, habes ex notatis per Felin. in c. 1. num. 19. Vt lite non conte. Alban. in cons. 7. numer. 11. vers. Quinimmo dico.

9 Et si Syndicus fateatur de Credulitate, & Prælatus, & Conuentus de certitudine, præualet confessio prælati Felin. ibid. vers. attamen Syndicus, vbi habes etiam quid è contra.

10 Quod si fisci procurator, aut alius administrator scribat in codice suarum rationum se satisfactum a, tali debitore Fisci, Debitor iste nequit amplius molestari, ad Menoc. in consil. 39. num. 5. lib. 1.

11 Et quando ex confessione Syndici sequi possit alienatio bonorum immobilium, tunc numquam præiudicat Ecclesiæ. Alban. in d. cons 7. num. 13.

12 Oeconomi autem confessio quando possit Ecclesiæ præiudicare, habes in c. fina. de Confess. Docto autem de errore potest reuocari, vt notat Abb. in eod. c. finali, num. 3.

SVMMARIVM.

1 *ADministratoris confessio habentis libera administrationem Domino præiudicat.*

2 *Probat contra Dominum si duo concurrant.*

3 *Vbi sit voluntaria non probat.*

6 *Quid in confeßione executoris testamentarij, & num sequen.*

7 *Quid in confessione Patris legitimi administratoris bonorum filij, & numer. seq.*

8 *Quid in confeßione filij an noceat patri.*

9 *Institoris confessio principali præiudicat.*

10 *Particularis alicuius confessio an noceat Vniuersitate.*

De Confessione Negotiorum gestorum, & aliorum Ministrorum.

Caput Nonum, Articulus Quartus.

1 ADMINISTRATORIS confessio si liberam habet administrationem Domino præiudicat. Capit. decis. 16. numer. 9. Alias non facit præiudicium. Magoni. decis. Lucen. 5. numer. 25. Vide Tiraq. de retract. conuenti. §. 4. gloss. 6. num. 12.

2 Probat etiam contra dominum si duo concurrant. Videlicet, quod confessio tendat ad alium liberandum, non ad dominum obligandum, & quod consistat in facto proprio confitentis, vt puta fatendo se satisfactum à debitore principalis, ita declarat Felin. in c. finali. num. 13. de præscriptio. Vide Natt. in cons. 543. num. 8. lib. 3. Nocere si quidem non debet administratoris confessio, vbi tendit ad damnum, & incommodum principalis. Bero. in cons. 153. lib. 1.

3 At si talis confessio sit volũtaria probare non videtur Ang. in l. certum. §. sed an ipsos in princ. per illum tex. ff. de Cõfess. Soarez inter communes super verb. Confessio. nũ. 251. Mascard. conclus. 361. num. 55.

4 Quid de confessione exequutoris testamentarij? An faciat præiudicium Hæredi, si aliter de recepto non appareat? Et pro negatiua vide Tiraq. de retract. conuentio. §. 4. gloss. 6. num. 12. Viui. opin. 145. in princ.

5 Facit in oppositum decis. Ianuen. 206. num. 2. Vbi tamen facta sit per modũ contentiosæ iurisdictionis, vt ibi dicitur.

6 Confessio etiam patris administrantis bona filij ille præiudicat, quoniam est legitimus Administrator bonorum filij. Natta. in cons. 543. num. 5. lib. 3, vbi alios citatur, & num. 13. 14. 20. & 25.

7 Oppositum dicit esse verius Natta. ibid. num. 17. Nisi alijs coniecturis adiuuetur. Rimi. Iun. in cons. 379. nu. 20. lib. 4.

Et è con-

8 Et è contra, filij confessio nocet patri in his, quæ administrat Boer. decis. 221. num. 17. vide sup. in cap. 1. nu. 31. vers. an autem filij ...

9 Institoris etiam confessio principali præiudicat. Deci. in consil. 493. num. 5. Granuti. Theorema. 7. num. 9.

10 Particularis autem alicuius confessio non nocet vniuersitati, ad Purpurat. in cons. 140. num. 15. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur vt procurator confiteri possit.*
2 *Regula est, vt procuratoris confessio Domino non præiudicet.*
3 *Regula procedit in his quæ voluntarie fiunt, secus autem in his quæ fiunt per viam contentiosæ iurisdictionis.*
4 *Alia regula contraria, vt procuratoris confessio Domino faciat præiudicium, & num. seq.*
6 *Absente Domino facta, vti erronea reuocari potest.*
7 *Si Dominus sciuit, & intra triduum non reuocauit, sibi præiudicat.*
8 *Confessio procuratoris Fisci, Fisco an præiudicet?*
9 *Confessio procuratoris de recepto an sufficiat?*
10 *Quid si Dominus in mandato iurauit habere rata omnia gesta per eum?*
11 *Quid si detur facultas in mandato confitendi se recepisse?*
12 *Quid si dictum sit, & de habitis, & receptis quietandum?*
13 *Quid si fateatur se in veritate recepisse?*
14 *Quid si dictum sit integrè, & realiter recepisse?*
15 *Quid si Iudicis decretum interuenerit?*
16 *Quid si procurator habens facultatem quietandi cesserit actiones, & iura, attenta solutione sibi facta?*
17 *Quid si habeat mandatum ad faciendum omnia, quæ Dominus posset?*
18 *Confessio Procuratoris in vno non nocet Domino in alio iudicio.*
19 *Ficta procuratoris confessio resultans ex contumacia, an domino præiudicet?*
20 *An procuratoris responsio ad libellum, vel positiones domino faciat præiudicium?*
21 *Positiones à procuratore datæ in actis an possint à domino reuocari?*
22 *Aduocati confessio quid operetur? & num. seq.*
25 *Copia simplex quando probet.*
26 *Negans possessionem de mendacio conuictus an ea sit priuandus?*

27 Quid

27 Quid si negauit cum ea qualitate, non credit vt ponitur.
28 Constitutum probat possessionem inter contrahentes.
29 Negans narrata prout narrantur, si ea vera sunt, punitur.
30 Vbi sunt in parte vera, non debent tota negari.
31 Refert an positio contineat falsum in quantitate, vel in qualitate?
32 Et si sit in parte vera, punitur in ea parte quam negauit.
33 Vt quis non incidat in eam partem requiritur ignorantia.
34 Reuocatio negationis quando sit facienda?
35 Prælatus, & procurator quando præiudicent Ecclesiæ.
36 Iuramentum operatur, vt iurans prius soluat, deinde repetat si prætendit indebitum.
37 Rota sequitur Bar. in l. 1. §. si stipulanti de ver. obligat.

De Confessione Procuratorum,

Caput Nonum, Articulus Quintus.

1 MANDATVM speciale requiritur ad effectum vt procurator confiteri valeat in Domini præiudicium. Ias. in l. 2. §. final. numer. 20. ff. si cer. peta. Parisi. in cons. 45. nu. 22. lib. 1. Felin. in cap. si cautio, nu. 88. de fide instru. Menoc. cons. 2. nu. 368. lib. 1. Bero. cons. 48. num. 18. lib. 3. Mascar. conclus. 361. num. 7. & 54.

Sufficit tamen si habeat generale mandatum cum libera ad Caputaquen. decis. vlt. in princ. par. 2. Capit. decis. 16. num. 9. & seq.

2 Triuialis est enim regula, vt procuratoris confessio Domino non præiudicet. l. certum. §. sed an & ipsas. ff. de de confess. cum latè congestis a Tiraq. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. num. 12. Quamuis Mascar. in conclus. 369. in princ. constituat regula in contrarium, vide infra, num. 4.

3 Dictaq; reg. procedit in his, quæ volutariè fiunt. Diuer. decis. 177. nu. 1. par. 2, Rim. Iun. in cons. 345. nu. 14. lib. 3.

3. Felin. in cap. 1. num. 14. vt lite non contest. vbi vero confessio emanauerit per viam contentiosæ iurisdictionis, communis est conclusio, vt Domino non præiudicet, ex notatis à Rolan. in cons. 70. num. 3. & seq. lib. 1. Bellame. decis. 695. vers. dixi nec voluntaria. Corn. cons. 175. col. fin. in vers. confessio autem, lib. 4.

4 Habes aliam regulam ex diametro contrariam, quod scilicet Procuratoris confessio Domino præiudicat, ad cap. suberta. vbi glo. 1. de re iudica. Marsil. in singul. 290. Mascar. d. conclus. 369. in princ. Abb. in cap. 1. num. 14. vt lite non contest. vbi dat plures declarationes, quas ibi videre poteris, & Salicet. in l. omnes, num. 3. C. de quadri. præscript.

5 Præsertim cum Domino sciente facta est. Rota decis. 2. de confess. in anti. vide Felin. in d. cap. 1. num. 16. vers. dixit etiam Rota.

6 Et vbi facta sit absente Domino, reuocari potest veluti erronea. Caputaq. decis. 330. num. 3. par. 2. Etiam non docto de errore. Caputaq. decis. 139. num. ibid. cum alijs deductis sup. cap. 4. vers. vbi autem confessio, num. 7. & sequentibus, & per Felin. in cap. 1. num. 16. vers. secunda declaratio, vt lite non contesta. Et idem si fuit præsens, & incontinenti reuocauerit. Felin. ibidem Purpurat. consil. 124. num. 2. lib. 1. vide Mascard. in d. conclus. 369. num. 2. 3. & 4.

7 At vbi Dominus sciuit, & tacuit, nec intra triduũ a die scientiæ reuocauit, sibi præiudicat. Rimin. Iun. cons. 340. num. 60. lib. 3.

8 Confessio Procuratoris Fisci, ipsi Fisco præiudicat, quoniam habet generale mandatum. Crot. in cons. 290. num. 13. & seq. lib. 3. Mascar. in conclus. 369. num. 10. Salicet. in l. omnes, num. 2. C. de quadri. præscipt.

9 An autem sufficiat si Procurator ab Angelo debitore Domini tot pecunias habuisse, & recepisse confiteatur? Vide pro negatiua. Roma. in cons. 352. num. 2. & 3. Capit. decis. 16. num. 7. & 8. Plures congerit Seraphi. d. priuil. iura. in priuileg. 148. num. 1. latè Ias. in l. 2. §. creditum, num.

num. 20. & seq. vbi de communi si cer. pęta. Alciat. in l. solutionis verbo. de ver. signifi. Bursat. in cons. 158. num. 17. lib. 2. Felin. in cap. 1. num. 20. vt lite non contesta.
10 Limitant nonnulli id non procedere quando Dominus in mandato iurauit habere rata; & firma quæcumque ab ipso procuratore gerenda, & facienda, de quibus Seraphin. in dicto priuil. 148. num. 2. Ias. in d. §. creditum. nu. 22. vers. secundo limita. Quod ipse impugnat ibidem nu. 23. & seq. Discutit de veritate Granuti. in theorema. 7. num. 10. Et concludit contra limitationem, ibi vide, & Mascard. conclus. 369. num. 12.
11 Quid si in mandato detur facultas confitendi se habuisse? Et iuxta communem sententiam confessio pręiudicat, de qua Ias. in d. §. creditum; num. 20. & 23. Granut. in d. Theorem. 7. vers. contrarium in hoc Barbat. cons. 19. nu. 19. vbi de communi, lib. 3. vide Mascar. in conclus. 369. n. 6. 7. & seq. ibi nonnulla in oppositum deducit.
12 Quid iuris si in mandato dicatur, & de habitis, & receptis quietandum? & non sufficere notat Granut. post alios eb eo citatos in d. Theorema 7. nu. 4. & 5.
13 Quid si procurator fateatur se in veritate habuisse & recepisse, tunc cõfessio præiudicaret, iuxta Bald. in cap. ex insinuatione, num. 4. de procuratori. Ias. in d. §. creditum, num. 22. vers. tertio limita. Granut. in d. Theorema. 7. num. 6. cum alijs, de quibus supra in cap. 2. nu. 146. vers. oportune autem.
14 Quid vbi dictum sit se integrè, realiter, & cum effectu satisfactum, vide supra in d. cap. 2. num. 148. vers. quid si dictum fuerit.
15 Limitatur etiam vt non procedat si Iudicis decretum interuenerit. Granut. ibid. num. 8.
16 Et nec procedit si procurator habens facultatẽ ad quietandum, cesserit actiones, & iura, attenta solutione Bocr. d. decis. 281. num. 18. sequitur Granut. vbi sup. num. 11.
17 Nec vbi procurator habeat mandatum ad exigendum, & de exactis quietandum, & faciendum ea, quæ Dominus facere posset, etiam si mandatum magis speciale require-
 rent.

rent. Caputaquen. decis. 423. parte secunda.

18 Est autem notandum quod licet confessio principalis in vno iudicio, sibi noceat etiam in alio, vt latè est supra deductum in 1. cap. num. 55. secus est in confessione procuratoris. Franc. in cap. fina. num. 6. vers tene tamen menti, de confess. in 6. Marsil. in sing. 290. prope fin. Ruin. in cons. 161. num. 10. lib. 4. Bero. in cons. 196. num. 29. lib. 3. Rim. Iun. in cons. 213. num. 21. lib. 2. Corne. in cons. 144. col. fin. vers. quinto confessio, lib. 4. Alban. cons. 7. num. 9.

19 Quid iuris si procurator monitus ad respondendum positionibus, fuerit contumax, & in eius contumacia habitæ sint pro confessatis? An hæc ficta confessio Procuratoris Domino præiudicet? Et vbi id contingat post litis contestationem, Domino prçiudicare firmat post alios Felin. in cap. 1. num. 17. vers. tertia declaratio. Vt lite non contesta.

20 Veluti præiudicat eius responsio, vel libello, vel partis positionibus, aut Iudicis interrogationibus. Bellam. decis. 698. vers. dixi etiam non voluntaria.

21 Et vbi à procuratore datæ sint in actis positiones, etiam medio iuramẽto specificatæ reuocari possũnt etiã non docto de errore in beneficialibus, & alijs, in quibus agi possit de animæ periculo: secus vero in prophanis. Vestr. li. 5. Ro. praxis de positio. artic. & confessio. reuocatione. cap. 16. n. 5. At Rim. Iun. in cons. 315. nu. 14. lib. 3. dat meliorem rationem inquiens, quod confessio facta in positionibus sit merè voluntaria etiam quod procurator habeat amplum mandatum, nequit confitendo Domino præiudicare, ex ibi allegatis, & in cons. 275. num. 51. & in cons. 293. num. 14. & in cons. 297. num. 19. vbi bene declarat ibid.

22 Aduocati etiam confessio si facta fuerit præsente, vel sciente clientulo, idem operatur, ac si facta esset ab ipso principali? ad Mascar. in conclus. 331. num. 1. Vnde ipsi præiudicat, nisi reuocet intra triduum. Mascard. ibid. num. 2. & seq. Reuocarique potest etiam non docto de errore, vt habes ibid.

23 Quæ-

23 Quæro autem quid iuris, si quis in scripturis datis Aduocato, vt pro se scribat in iure aliquid fateatur? An huiusmodi confessio sibi præiudicet in iudicio. Et Grat. in consil. 59. libro primo inquit, videri vt approbauerit contenta in eis esse vera, & postea in fine consilij concludiit vt non præiudicet, nil tamen allegat.

24 At mihi videtur vt quæstio veniat clarius proponenda; Nam vt millies, imò horatim experientia docet, clientuli volentes Aduocati consilium relinquunt in eius manibus, aut simplices copias, & facti instructionem, aut publica instrumenta, super quibus Aduocatus mouetur ad scribendum. Igitur quæstionem dissoluendã, quærendũ est, An cõfessio eliciatur ex allegationibus factis ab Aduocato, vel ex scripturis penes eum dimissis. Si quidem scaturit ex allegationibus, tunc dicendum est eam non præiudicare principali: quoniam ad confitendum requiritur speciale mandatum ex deductis suprà num. 1. Si verò scaturit ex scripturis Aduocato ostensis, distinguendum venit. An sint publica instrumenta, & tunc plenè probabit, veluti facta in publico instrumento, ad notata supra in cap. 1. num. 8.

25 Quod si sint simplices tantum copiæ, & nunc vti scriptura informis nil releuaret, præterquam si producta esset in iudicio, & pars nil oppoluisset. Aym. de antiqu. tempor. parte prima §. quæritur etiam, num. 23. 29. & seq. & in consil. 150. numer. 2. Pet. in practic. lib. 2. cap. 8. de iuri. siue instru. producti. num. 13. in primo impress.

Hic autem cadit oportuna satisque intricata, & confusa quæstio inter scribentes. Sancitum est in l. final. ff. de
26 rei vendicat. Vt possessor conuentus negans se possidere, ob huiusmodi mendacium veniat possessione priuandus, eaque tradenda sit Actori. Quid si procurator rei conuenti, verèque possidentis, respondens Actoris articulis, in quibus inter cætera ponitur possesio rei conuenti, illam neget, per illam triuialem responsionem, non credit, vt punitur, An ob qualificatam

catam huiusmodi negationem veniat principalis possessionem priuandus iusta d. l. finalem. Cum id mihi de anno 1601. contigisset in facto in causa propria, & articulus fuerit diligenter discussus, & materia latè declarata, visum est allegationes in illa causa factas inserere, ad lectoris gratiam, quæ sunt subsequentis tenoris, videlicet,

Copia Informationis coram R.P.D. *Garzadoro*


Romana Casalis Turris Surdæ

Pro

D. Vincentio Mancino

Contra

Monasterium, & Fratres S. Mariæ supra Mineruam.



REVERENDE Pater, vt obiectorum euacuatio facilior reddatur, referendus est Tenor articulorum.

Primò d. Vincentius ponit quod sub die 13. Septembris 1576. Domini de Lentulis Tyburtini imposuerunt annuũ censum scut. 40. super eorum Casale in Territorio Tyburtino, vulgariter nuncupato Torrelorda, iuxta bona ibi descripta, quem vendiderunt d. Iacobo Mutes, prout latius in instrumento desuper celebrato, & in actis Notarij rogato, ad quod in omnibus relatio habeatur, & quod articulorum loco repetit.

Item quod dicti Domini de Lentulis de dicto tempore, ante, & postea per plures annos dictum Casale tenebant, & possiderunt.

Item quod Fratres, & Monasterium prædicti hodie dictum Casale tenent, & posident.

Item quod prædictus d. Iacobus Mutes sub die 26. Martij 1599. cessit iura dicti census ad fauorem d. Vincentij

prout

prout in instrumento rogato in eisdem actis, super quibus omnibus monitus fuit Syndicus, & Procurator Monasterij ad medio iuramento per verbum credit, vel non credit respondendum, qui sic monitus ad omnes medio respondit se non credere, vt ponitur.

Et quia fuit de mendacio cum Fratres verè possideant: & quia vti possessores comparent, litem substinent, eamq; intimarunt DD. Lentulis; ac etiam fideiussoribus de euictione obligatis, vt eos defendant a molestijs sibi illatis a d. Vincentio, & tam Lentuli, quam fideiussores comparuerunt, & litem in se susceperunt, repetito in actis instrumento venditionis d. Casalis, ex quo apparet de Monasterij possessione per constitutum, quo ipsi venditores emptorum nomine se possidere cõstituerunt, institit d. Vincentius se immitti in possessionem iuxta dispositionem d. l. final. ff. de rei vendi. obtinuitque decretum de immitando in possessionem a d. Locumtenente Auditoris Camere. At quia idẽ d. Locumtenens postea, mandauit in exequtione supersederi, cum causæ expeditio procrastinaretur, obtinuit d. Vincentius deputari R. P. D. Gazadori ad causam audiendam, & terminandam, qui, & ipse partibus pluries auditis dictum decretum de immitando in possessionem à d. Locumtenente præfato factum exequi mandauit: At quia tam Fratres, quam Lentuli, & fide iussores exclamant in casu, de quo agitur non esse locum remedio d. l. final. cum non simpliciter fuerit negata possessio, sed cum ea qualitate, nõ credit, vt ponitur, quo casu, placuit magnæ turbæ Doctorum, vt cesset pœna eius legis, vt apparet ex practico Papien. in form. respon. rei super ver. narrata prout narrantur, Decis. Perusi. 51. num. 7. Ias. in §. omnium, num. 98. Institu. de actioni. Et in l. eum qui. in princip. num. 15. de iureiu. Gabrieli. de acqui. poss. conclus. 5. num. 38. Marsil. in rubr. de fideiusso. num. 336. Gozadi. in cons. 86. nu. 28. Rimin. Iun. in cons. 382. num. 94. & seq. lib. 4. cum alijs similibus, quos breuitatis causa citare omittimus, idcirco dicimus fore aduertendum, quod nil prorsus, nec syllaba quidem habetur in iam relatis articulis, quin sit vera,

vt liquet

vt liquet euidenter, quoniam dum ponitur venditio census ad fauorem d. Mates ponitur instrumentum venditionis loco articuli, constat ergo de eius veritate per publicum instrumentum quod est probatio probata, & euidens per iura trinialia.

Dum ponitur possessio Dominorum de Lentulis venditorum illa probatur ex constituto apposito in eodem instrumento venditionis Casalir, necnon in alio instrumento vẽditionis census in quibus instrumentis Lentuli possidere se constituunt, primo ad fauorem d. Mates, emptoris census, secundo ad fauorem Manasterij ementis Casale. Quod
28 constitutum indubitanter probat possessionem inter contrahentes, ad Bero. in cons. 71. num. 13. lib. 3. Tiraq. de iure consti. possesso. par. 3. num. 2. & 4. Rota in prima par. diuerso: decis. 549. num. 1.

Dum ponitur quod Monasterium, & Fratres hodie possident Casale, de quo agitur, hoc est indubitatum, vt patet ex iam dictis, & non est opus desuper laborare, cum coram Domino Iudice libere pluries sint confessi.

Dum ponitur cessio iurium facta a D. Mates ad fauorem d. Vincentij ea similiter est euidens, & notoria ex instrumento rogato in actis, articuli loco repetito.

Omnia igitur posita in articulis sunt euidenter, & indubitanter vera; Si ergo Procurator, & Syndicus ille simpliciter negasset, nemo dubitaret remedium d. l. final. de rei vendicat. Difficultas fit, quia non simpliciter, sed cum ea qualitate negauit: quæ friuola est, & irreleuans excusatio, carens iuris fundamento.

29 Is enim, qui negat narrata prout narrantur, si omnia narrata vera sunt, cadit in pœnam negantis, ad Felin. in c. cæterum, num. 19. de Iudici. vbi firmat contrariam sententiam communiter esse reprobatam.

30 Imò vbi narrata sunt in parte vera, & partim falsa, nequeunt in totum negari, & negans punitur, de communi Butri. in cap. 1. num. 22. de litis contestat. & firmauit Bar. in l. 1. §. stipulanti. in fine, de ver. obligat. de communi, Alex. ibi. numer. 7. & Claudius Saysel. numer. 8. Crot.

num. 5.

num. 5. Galiaula, num. 58. in fine, & de magis communi: Alciat. num. 48. & Aretin. num. 29. vers. sed communior. Amplexaque est Rota, vt in decis. cuius copia notabitur infra.

31 Hocque certè procedit, quando positio continet aliquid facti in quantitate: secus vero si in qualitate, ad Bar. in d. §. si stipulanti, in vltimis verbis: Cappell. Tholo. in decis. 208. in addit. vers. & distinguendo. Alex. in d. §. si stipulanti, numer. 7. versic. tamen saluari. At in casu nostro nec in quantitate, nec in qualitate requiritur aliquid falsi, ideo casus remanet clarus absque vlla difficultate.

32 Quibus mirum in modum alludit, quod si reus respondens mentiatur in parte tantum, tunc venit priuandus possessione eius partis quam negauit per l. qui seruum §. final. de interrog. actioni. Adnotauitq; Bald. viden. in l. cogi. in final. verbis. C. de rei vendit. sequitur Ias. in §. omnium num. 94. institu. de actioni.

Et casus deciditur ex ipso textu d. l. qui seruum. §. in iure de interro. actio.

33 Subijcimus tandem ad effectum vt negans excusetur nè incidat in huiusmodi pœnam requiri ignorantiam rei negatæ, vt declarat glo. videnda in ead. l. fina. super ver. per Iudicem de rei vendi. & Ripa in l. qui cum se. num. 2. ff. de re iudi. Hic autem constat de scientia quoniam idem ille Syndicus. & procurator, qui possessionem negauit intimauit litem Lentulis venditoribus, & fideiussoribus, allegauitque in actis, sed non probauit precium Casalis fuisse Monasterio solutum anterioribus creditoribus, produxitque nonnulla iura in actis, ex quibus constat de possessione Monasterij. Adeo quod conuincitur de mendacio, Et quod non ignoranter, sed scienter, & calumniose negauit.

Cessatq; omnis difficultas quoniam principales post habitam notitiam hujusmodi negationis, nō tantum eam vti erroneam non reuocarunt, sed contendere voluerūt, quod eis non nocebat, eamque approbarunt: cum reuocanda fuis-

set ante litis contestationem, vel saltim ante decretum de immittendo in possessionem, ad Purpurat. in consil. 95. nu. 5. lib. 1.

35 Quod Prælatus, aut procurator nequeant confitendo Ecclesiæ præiudicare procedit in confessione sponte facta, secus vero in ea, quæ fit in iudicio per viam contentiosæ iurisdictionis. Rolan. in cons. 70. nu. 3. lib. 1. Corne. cons. 75. col. fina. vers. confessio autem: vbi loquitur in terminis nostris, de confessione facta in responsione ad articulos, lib. 4. Purpurat. omnino videndum in cons. 573. & Menoch. cons. 39. num. 37. lib. 1. Caputaq. decis. 35. quæ incipit, primum extremum, lib. 2. in manuscriptis. Rota decis. 3. num. 1. de confess. in nou. & in decis. 266. num. 5. in 2. par. Diuersor.

Quare pro mandati de immittendo in possessionem bis iam decreti relaxatione instatur.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

Copia supracitatæ Decisionis Rotæ

Coram R.P.D. Seraphino.

Romana rescissionis contractus, Mercurij 19. Ianuarij 1575.

FVIT resolutum sufficienter constare de mora. cum enim in contractu esset apposita dies restitutionis, vtique ea interpellat pro homine, l. magnam. C. de contra. & committ. stipul. Gabriel. de solutio. conclus. 9. Idem de expens. conclus. 2. num. 9. Maximè stante iuramento: Cuius vis est, vt debitor soluere teneatur; Deinde si prætendit indebitum repetere. cap. Debitores de iureiur. Pute. decis. 63. quæ incipit. Dubitaui, lib. 1. in manuscriptis.

37 Nec obstare Doctrinam Bar. in l. qui solidum de legat. 1: Nam vltra responsiones datas per informantes. Domini dixerunt Rotam amplecti contrariam sententiam, quam tenet idem Bar. in l. 1. §. si stipulanti. de ver. oblig. vt fuit resolutum in vna Bononien. locationis 1551. 26. Octobris coram Antonio Augustino, & in vna Romana pecuniaria 21. Nouembris 1554. coram bo. me. Fantuccio.

Hæcque decisio facta est me informante coram dicto R.P.D. meo Seraphino.

FINIS.



REPERTORIVM.

A

B

C

De Confessione in Genere.

Con-

De Confessione Iudiciali in Causis Ciuilibus.

Quid

De Confessione spontanea in Criminalibus.

Sponte

De Confeſſione facta in Tortura, vel eius metu.

De Confeſſione in quibus caſibus non præiudicet.

Nec

De Confessione sine causa.

Fallit etiam si quis rem aliquam fateatur esse meam, n.17.
Item si fiat in vltima voluntate, num.18.

Confessio sine causa licet plenè non probet, facit tamen semiplenam probationem, cap.5.num. 19.
Et vbi sit adminiculata plenè probat, vel sit verisimilis, num. 21.
Regula ista non procedit, si extent coniecturæ, quod donare voluerit, num. 23.

Confessio sine causa non valet, sunt qui limitant in id procedere in quacumque confessione facta in scriptis, num. 24. cap. quinto.
Hæc procedit si confessio sit conditionalis, quia conditio habetur pro causa, num. 25.
Fallit etiam si confessio fiat inter coniunctos, & in re exigua. num. 26.
Nec procedit vbi confessionem procedat aliqua liberalitas illius, ad cuius fauorem confessio emanauit, nu. 27.
Fallit etiam si is, ad cuius fauorem facta est confessio, probet ipse causam subesse, num. 28.

De Confessione facta in vltimis Voluntatibus.

Confessio facta in vltimis voluntatibus est ad libitum reuocabilis, cap. 8. num. 1. Declaratur num. 37.& seq.
Fallit si testator medio iuramento asserat ea esse vera, ibid. num. 2.

Confessio facta in vltima voluntate, quod extorsit vsuras vsq; ad summam scut. mille, quas ab hærede restitui mandauit, an reuocari possit? cap. 8. num. 3.

Confessio facta parte præsente, vel Notario stipulante, vbi simus in vltima voluntate, an sit reuocabilis, cap.8.n.4.& 5.
Quid operetur parte absente, num. 6.

Confitens se debere Octauio centum ex causa in testamento expressa, an probet? num. 7.

Confessio Mariti præsente, & acceptante Vxore, quod ab illa talia bona receperit, facta medio iuramento, cuius sit operationis, num. 8. & quid si facta sit absque iuramento? acceptante tamen Vxore, num. 9. & 10.

At si productio facta sit coram Iudice incompetenti non probat, ibid. num 7. sed contra num. 8.

Confessio huiusmodi ex productione resultans non dicitur confessio principaliter facta, ibid. num. 9.

Et si iura producta sint ad vnum finem, an praeiudicent producenti ad alium finem? num. 10.

Confessio tacita an resultet si iura producuntur animo impugnandi, ibid. num. 11.

Fallit hęc regula quando sumus in materia prohibita, ibid. num. 12.

An regula procedat in verbis enunciatiuis contentis in iuribus productis? num. 13.

Confessio an oriatur si scriptura producta sit per errorem? vt puta quia productum est instrumentum falsum, nu. 14.

Confessio tacita non resultat, si productio est nulla, num. 15.

Confessio an intret, si instrumentum productum habeat plura, & separata capitula, & producens vno tantum vti velit? cap. 8. num. 16.

Confessio tacita, an locum habeat si pars aduersa productionem impugnauerit? num. 17.

An impugnare dicatur excipiens generalia contra? nu. 20.

Confessio tacita insurgens ex iurium productione an corruat, si instrumentum productum reprobetur? d. cap. 6. num. 19.

Confessio haec tacita operatur in eo tantum iudicio, in quo fit productio, & secus in alio, num. 29.

Confessio tacita resultat ex receptione literarum: quoniam recipiens approbare censetur contenta in eis, num. 42. declaratur, num. 45. 49. & seq.

Confessio tacita non intrat in scriptura continente, data, & accepta. num. 51.

De Confessione ficta.

Confessio ficta operatur tantum in illo iudicio, in quo facta est, & secus in alio, cap. 6. num. 30.

Confessio ficta eiusdem est virtutis, cuius est vera: sed limitatur

Delin-

E

Impo-

L

M

Mulieri

N

O

Pacis

P

PAcis in instrumento si partes delictum fatentur, an talis confessio sufficiat ad delicti probationem, cap. 3. art. 2. num. 37.

Patris confessio quando filio non præiudicet, ad cap. 2. num. 77. & seq. declaratur num. seq. & in cap. 7. num. 51. & in cap. 8. num. 30. & in cap. 9. art. 4. num. 6. & seq.

Pater admittitur ad docen. de errore confessionis à filio factæ cap. 3. art. 5. num. 35.

Patris confessio in testamento probat Auitum fideicommissum, cap. 8. num. 31.

Pœna vnius multis infert metum nè delinquant, cap. 3. art. 4. num. 21.

Pœna si minuatur delictum fatenti, si reus primo illud negauerit, deinde fateatur, An sit locus dominationi? ad cap. 1. num. 71.

Pœna si augeatur ex negatione quid iuris si reus primo negauerit, & postea fateatur? ibid. num. 72.

Pœna in delictis minuitur ex cõfessione delicti, quamuis cum qualitate fateatur, num. 73.

Perseuerantia an sit necessaria in confessione? vel sola sufficiat delicti confessio ad condemnandum? cap. 3. art. 4. nu. 49. & sequen.

Personæ qualitas ponderanda in danda tortura, cap. 3. art. 4. num. 26.

Pignus si datum fuerit à confesso se recepisse pecuniam, an sit audiendus excipiens de non numeratione? cap. 2. nu. 155.

Pluries confitens se centum à Mœuio recepisse, An intelligatur de eodem, vel de diuersis sumentes? cap. 1. num. 65.

Positioni criminosæ non respondendum, cap. 3. art. 4. num. 4.

Positiones datæ per procuratorem in prima instantia possunt in secunda per principalem corrigi, & mutari, cap. 4. nu. 44.

Positiones à Procuratore datæ possunt à Domino reuocari, cap. 9. art. 5. num. 21.

Prælati confessio regulariter Ecclesiæ non præiudicat, cap. 9. art. 1. num. 1. & in art. 5. ibid. num. 35.

Prælati

errore

Virgini Matri Gratias.

Imprimat. si placet R. P. Magistro S. Palatij
B. Gypsius Vicesg.

EX commissione Reuerendiss. P.M.S.P. Ego Nicolaus Cassianus vidi, & perlegi totum hunc tractatum de Confess. Iudiciali Exc. D. Vincentij Mancini, nec aliquid repperi quod Sanctæ Fidei, aut bonis moribus repugnet, immo opus esse censeo doctum, & vtile pro versantibus in foro, si imprimatur, & in fidem me subscripsi hac die 3. Octobris 1603.


Imprimatur F. Paulus de Francis de Neap. Lector, & Socius Reuerendiss. Patris M. Sac. P. Ap.



REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnia sunt folia integra præter Ll semifolium.



ROMAE,

Ex Typographia Stephani Paulini MDCIV.

Superiorum permissu.